A. C.


DISSERTATIO JURIDICA DE RELATIONE JURISJURANDI,

DECRETO ET AUTHORITATE
AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS,

PRÆSIDE

DN. WOLFGANGO ADAMO Lauterbach/
U. J. Doct. & Prof. Publ.

More solemni,



PRO OBTINENDIS SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS,

Publico Examini sistitur

à

CHRISTOPHORO ALBERTO Steininger/
RATISPONENSI.

a. d. Kal. Jun.

TUBINGÆ,
Typis excudebat JOACHIMUS HEIN,
ANNO M. DC. LXXIV.

S. R. I.

ILLUSTRIS RATISPONENSIUM REIPUBL.
SENATUI SPLENDIDISSIMO,

VIRIS

MAGNIFICIS, PERSTRENUIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS atq; CONSULTISSIMIS,

DOMINO

CAMERARIO,

CÆTERISQUE CONSULARIS,

ac

SENATORII ORDINIS,

PATRIBUS PATRIÆ

GRAVISSIMIS,

Dominis ac Nutritiis suis Gratiosissimis, Munificentissimis,

Hoc, quicquid est,

Sacrum esse jubet

Cliens devotissimus

CHRISTOPH. ALBERTUS Steininger.



Cum DEO.

CUM, secundum Aristippi apud Laërtium monitum, ea Adolescentibus sint addiscenda, quæ Viris usui futura sint; meritò Juris quoque Candidatis à Schola in Forum transituris, pro themate disputationis, quam Inauguralem vocant, ejusmodi materia erit eligenda, quæ in ipsis rerum obtinet argumentis; ne, si forum accedunt, in alterum sese orbem terrarum delatos putent, atque cum pudore fateri & conqueri cogantur: Necessaria ignoramus, quia non necessaria didicimus. Materiam autem DE JURISJURANDI RELATIONE, in foro frequentissimam, simulque scitu perquam necessariam esse, omnium, qui inibi versantur, ore, fatendum est. Cumque nemo hactenus visus, qui dilucidè & perspicuè eandem tradiderit, [nam & plerique vix leviter attingunt] operæ pretium facturos rati sumus, quicquid sparsim reperire licuit, heic colligere, & sub disputationis formâ, eruditorum censuræ & ventilationi submittere.

THESIS I.

DE Iurisjurandi sive juramenti definitione, tam nominali, quàm reali, pluribus hic agere, nostrum non est; ad generalem enim de Iuramentis tractationem illud pertinet; quod etiam præstiterunt Viri Clariss. tam Theologi, quàm JCti, qui amplissimos de Iuramentis scripserunt Tractatus; v. g. Thumm. Ieremias Sezerus, Seraphinus de Seraph. & ad illum Martin. Benenkendorff. Borcholt, Beust, & alii. *De voce Iurisjurandi.*

II.

Relationis vocabulum verbo *Referre* suam debere origi- *De voce Relationis.*

 nem, I.

2. nem, nemo ambigit. Acceptio † eius varia: Communiter enim accipitur eo in ſenſu, quo particula Intuitu, vel, ut vulgo loqui amant, reſpectu. Ita eleganter Paulus ICtus. *in l.11. π. de Iuſt. & Iur. Prætor quoque jus reddere dicitur, etiam cùm iniquè decernit: relatione ſcil. factâ, non ad id, quod Prætor ita fecit, ſed ad illud, quod Prætorem facere convenit.* (2.) Pro nar-
3. ratione † rei geſtæ, ſive ficta ſit, ſive vera: Quomodo relationem vocant Impp. eam narrationem, quâ Navicularius, naufragium ſe ſuſtinuiſſe affirmat. *l. 2. C. de naufr. lib. XI.* Et Gregorius *in c. relatio. 21. q. 3.* eodem modo ait: *Relatio Cleri ſimul & populi Tarracinenſis nos valdè lætificat, eò, quod ae fraternitate tuâ bona teſtatur.* Eodem ſenſu etiam Actorum Iudicialium enarrationes, quando ſcil. in Senatu, vel Iudicio proponuntur, & ad eius conſultationem ponuntur, Relationes vocantur; quarum pro Aſſeſſoratu in Camerâ Imperiali habitarum, ſingulare volumen edidit Caſpar Klock. (3.) Apud Phi-
4. loſophos † vox Relationis, quomodo & quàm variè accipiatur, apud illos, maximè in explicatione Prædicamentorum videre
5. eſt. (4.) Apud idoneos † Autores vox hæc interdum ſignificat propoſitionem coram Senatu aut Magiſtratu factam, quod Tacito perquam familiare. *Vid. ann. 12. c. 53. verſ. 2. & ann. 13. c. 26. verſ 2.* Hinc Tiberius apud eundem *ann. 2. c. 38. verſ. 2.* Relationem egredi dicit, quando in ſententiâ pronunciatur de eo, quod in relatione non fuit propoſitum. Cumque eiuſmodi relationes ut plurimum de criminibus fiebant, uſuvenit, ut delationis & relationis vocabulum juxta uſurparetur. *Vide Cic. 3. de Orat. 115.* Plin. *lib. 9. epiſt. 13.* Tacit. *ll. cit.* Sed nec Imperatoribus noſtris, vel Triboniano potius, qui ea verba adnexuiſſe inſimulatur, ea ſignificatio ignota, uti apparet ex *l. 14. C. de accuſ.* Non tamen idem prorſus ac Elogia, Notoria vel Notaria Apparitorum & Irenarcharum dicit. *Vide* Hotom. *lib.*
6. *2. amicab. reſponſ. cap. 33.* (5.) Senſu † magis Iuridico, cum ſc. Iudex inferior cauſam dubiam ad ſuperiorem remittit, ut ipſe, quid pronuntiandum ſit, reſcribat. De quâ agit *tit. π. de appell. & relat. t. t. C de relat. l. 34. C. de appell. l. 2. l. 3. C. de reſcript.*
7. *Princip. & alibi paſſim.* (6.) A Doctoribus ſumitur † pro de-

po-

positione nuncii. *Vide* Ayrer. *lib. 1 cap. 4. obs. 2. n. 7.* Gail. *1. obs. 54.* Umm. *disput. 5. §. 11. n. 65. ubique cit.* Brunnem. *Proc. civ. c. 3. n. 37.* (7.) Denique † talem actum denotat, quando quis id, quod sibi delatum est, retrò in alterum transfert; quæ significatio hujus est loci. Hinc igitur Relatio Iuramenti est, cum jurandi conditionem nobis delatam, eidem referimus. Sic Ciceroni *de invent.* criminis relatio idem fortè est, quod nostris hodiè vocatur Retorsio ex *l. 14. §. 6. π. de bon. libert.* 8.

Synonymum in Jure vix reperietur, præterquam, quòd vox delationis, interdum accipiatur pro relatione *vid. §. seq. LIX.* Sicuti etiam interdum vox Relationis pro Delatione *vid. l. 5. §. fin. π. de in lit. jur. ibi Gloss.* Germani, latinam phrasin ferè suam, ut solent, faciunt.

III.

Putamus autem Relationem Iurisjurandi describi commodè, quod videlicet sit actus, quo Jusjurandum litis decisorium, in judicio nobis ab adversario delatum, in eundem eo fine referimus, ut adversarius juramentum relatum præstare cogatur. *Descriptio.* 1.

Dicimus autem (1.) quod sit actus. † Actus enim verbum generale est, *l. 19. π. de V. S.* ut facilè quoque relationi aptari possit. Dicimus (2.) Jusjurandum † litis decisorium. Quò ipsò statim innuitur, non de promissorio, sed assertorio sermonem hic esse; & quidem tali, quò quis directò litis decidendæ causâ, intentionem suam veram esse asseverat. Cùm autem juramentum hoc deferri possit vel extra judicium, vel in judicio, hinc (3.) addimus: in judicio. † In solo enim judiciali juramento, relatio locum habet, non item extrajudiciali, *l. 17. π. h. t.* Quod † enim generaliter dicitur à Paulo *in l. 38. π. eod.* manifestæ esse turpitudinis & confessionis, nolle jurare, nec jusjurandum referre, de judiciali tantum accipiendum, per *d. l. 17.* quæ ejusdem ICti; de quo posteà pluribus. Reliqua descriptionis nostræ verba infra explicantur. *Ejusdem explicatio.* 2. 3. 4. 5.

IV.

Hujus Relationis Iuramenti divisionem, nec in Iure, nec apud ejusdem Interpretes, reperimus.

V.

1. Introduxerunt eam Romani, ipsaque originem suam
Origo ejusdem, Romanorum juri debet Nam ut is, cui juramentum judiciale delatum, adversario suo, eô cum effectu illud referre possit, ut ipse à necessitate delati juramenti præstandi liberetur, & adversarius relatum præstare cogatur, ex Roma-
2. norum jure venit. Edixit † quidem Prætor: Eum à quo jusjurandum petetur solvere aut jurare cogam. Alterum itaque eligat, inquit Ulpianus ICtus, reus, aut solvat, aut juret. Si non jurat, solvere cogendus erit: *l.34.*
3. *§.6. π. de jurejur.* Sed addit † ipse Ulpianus, *in d. l.34.§. seq.* Datur autem & alia facultas Reo, si malit, referat jusjurandum. Et si is, qui petet, conditione jurisjurandi non utetur, id est, relatum sibi à Reo jusjurandum nollet suscipere, judicium ei Prætor non dabit, sed actionem ei & jurisdictionem denegabit. *vid. l. 26. §. 6. π. ex quibus caussis maj. in integr. restitut.* Unde † etiam Paulus ICtus, Ma-
4. nefestæ, inquit, turpitudinis & confessionis est, nolle nec jurare, nec jusjurandum referre, *in l.38.π. de jurej.* Et Imperatores Diocletianus & Maximianus rescribunt: Delatâ conditione jurisjurandi, Reus, si non per Actorem, quo minus de calumniâ juret, steterit, per judicem solvere vel jurare, nisi referat jusjurandum, necesse habet *l. 9.*
5. *C.d.Reb.Credit.* Hoc Ius † etiam Pontifices & Consuetudi-
Et approbatio Iuri Canonico, Feudali, nes feudales approbarunt; *in c.ult. X. de jurej. c.un.§.1.vers. & cum datur. de consuet. rect. feud. 2. F.33.* ac tandem † Germani quoque receperunt. Illud enim, etiam adhuc hodiè in Pa-
6. triâ nostrâ, in viridi observantiâ esse, præter experientiam quotidianam, Germanorum quoque ICtorum scripta passim te-
7. stantur; etiam in foro Saxonico †; in quô, licet nonnulli
& Saxonico facta. quondam dubitaverint. uti videre est apud Christoph. Zobel. *in addit. ad* Landrecht *lib. 1 art. 6. lit. M & lib. 2. art 22 lit. G.* Matth. Coler. *part. 1. Decis. 122. n. 7. & seq.* hodiè tamen res expedita est, etiam in hoc foro Relationem Iuramenti receptam & usitatam esse. *vid. Elect. Sax. constit. 14. part. 1. inf. ibi:* Deßgleichen

gleichen soll es auch gehalten werden/ wann Klägern der Haubt-Ayd von den Beklagten referirt wird; Nemblich daß er auch in solchem Fall gantz keine Beweisung zu Vertrettung seines Gewissens oder zu Ergründung seiner Klag führen möge/ sondern den referirten Ayd stracks zu leisten schuldig seye. Carpz. *Jpr. for. ad d. Const. def. 1.*

VI.

Hanc autem jurisjurandi Relationem, Romani, ex parte referentis, propterea æquam judicarunt, quod quidam, subtili reverentiâ tenti, *vid. leg. cum quidam 21. vers. neque enim alterius. C. d. fid. instr.* & metu divini numinis ad superstitionem usque timidi, ut nec, si sciant, verissima esse, quæ affirmant, jurare tamen velint, *l. qua sub conditione. 8. vers. cum enim faciles. ff. de condit. instit.* Et † quamvis certum sit, si necessitas, vel justa caussa jusjurandum exigit atque requirit, etiam Christianis, in veritate, judicio & justitiâ jurare permissum esse: *cap. etsi Christus 26. X. de jurejur. vid.* Thumm *tr. de Juram. pag 9. & seq.* Gerhard. *in loc. Theol. tom. 3. de leg. mor. §. 116.* Sezer. *de Jur. l. 1. c. 2.* attamen † cum etiam illi, qui ex animi sui sententiâ & conscientiâ pro veritate jurant, haud rarò, nec apud paucos, perjurii suspicionem incurrunt, quasi pecuniæ amore potiùs & divini numinis contemtu id faciant; Vnde † & Isocrates apud Stobæum, *sermon. 25.* Sacramentum, inquit, oblatum tibi, duabus de caussis jurato, vel ut te ipsum turpi suspicione liberes, vel ut amicos ex magnis periculis eripias. Pecuniarum verò gratiâ, etsi justam caussam habeas, nullum Deum juraveris; Sin minùs, aliis perjurus, aliis avarus videberis. *vid* Sezer. *de Juram. lib. 1. cap. 18. n. 8.* Quapropter † sicuti verecunda illius cogitatio, qui re carere mavult, quàm propter illam sæpiùs litigare, quique lites execratur, non vituperanda, sed laudanda magis dicitur; *l. 4. §. 1. ff. de alien. jud. mut. cauß. fact.* ita etiam modestius & verecundius facere censetur, qui jurare jussus, mavult jusjurandum referre, quàm jurare. *l. 25. §. 1 ff. de constit. pec.*

1. *Æquitas hujus Relationis ex parte referentis.*
2.
3.
4.
5.

Quod † autem nonnulli exinde elicere satagunt, ac si juramenti præstatio aliquam infamiæ maculam aspergat, nec ad gravem virum pertineat jurare; & ex facilitate potius, quàm ex gravitate id fieri præsumatur, *Jason. ad d. l. 25.* illud neq; ex *dd. ll. nec ex l. 20. ff. de condit. & demonst.* probatur. 6.

VII.

VII.

1\. Neque ex parte illius, cui juramentum refertur, iniqua

Ex parte ejus cui refertur. est hæc juramenti Relatio, sed potiùs æquissima; cum non debeat displicere conditio jurisjurandi ei, qui detulit, uti respondet Vlpianus *in d.l. 34.§.7.* Quod † quis in alterius personâ æ-

2\. quum esse credidit, id in ipsius quoq; personâ valere pati debet.

3\. *l. 1 §. 1. π. quod quisq; iur. in alter.* Imò † cui juramentum delatum refertur, ille de hoc sibi potiùs gratulari debet, quod adversarius spem victoriæ, quam jurando parare potuisset, sibi præcidat, eamque in illum transferat, ac ipsum in propriâ causâ testem, & quodammodo judicem constituat. *l. 1. pr. π. quar. rer. act. non datur. l. ult. C. de fideicom.* ita ut, si non per calumniam, sed jure agit, ulterius de litis victoriâ dubitare non possit. Ne-

4\. que in illo, † cui refertur juramentum, ejusmodi Numinis reverentia & timiditas metuenda, ut re potiùs carere, quàm jurare malit. Contrarium enim, & quod ipse juramenta non abhorreat, eô ipsô apertè satis declaravit, dum adversario juramentum detulit; non ignorans, adversarium non juraturum, antequam ipse deferens prius juraverit, scil. de calumniâ. *l. 34. §. 4. l. 37. de jurejur. l. 9. C. de Reb. Cred.*

VIII.

1\. Hujus Relationis, Iuramenti nimirum, caussa proxima

Caussa ejus efficiens proxima. est Referentis voluntas. Est enim in illius arbitrio, cui Iuramentum Iudiciale delatum, an illud præstare, an verò referre, vel etiam solvere, aut caussâ cadere velit; *l. 9. C. de Reb. Cred. l. 34. §. 6. & 7. l. 38. π. de jurejur.* ita ut nemo juramen-

2\. tum sibi delatum præcisè referre cogatur. Nulla † enim nec facti nec juris adest necessitas, quæ eum ad jurisjurandi relationem compellat. Neque aliud *l. 25. §. 1. π. de constit. pec.* probat;

3\. ubi Papinianus † ICtus respondet: *Sed etsi non ultrò detulero jusjurandum, sed referendi necessitate compulsus id fecero.* Nam non præcisam necessitatem ICtus hic intelligit, sed caussativam & conditionalem, si non malit jurare, vel solvere *d. l. 9. C. & d. l. 34. §. 6. & 7.* Modestia, sive, ut Papin. loquitur, verecundia est, quæ ipsum ad hanc relationem movet. *d. l. 25. §. 1 in fin.* Ac-

4\. cursius † quidem *d. l. 25. §. 1.* accipit de necessitate jurandi, quæ illi incumbit, cui juramentum est relatum, verum contra aperta *d. §. 1.* verba.

Hanc

Hanc † voluntatem Referens, verbis ore prolatis, an scriptis declaret, ubi aliud non sancitum, vel moribus receptum, nihil refert; judicialiter tamen, & in judicio, latè hoc vocabulo accepto, ut fiat, necessarium est. *arg. l. 12. §. 1. C. de Reb. Cr.* 5.

IX.

Ut autem hæc Juramenti Relatio partis voluntate, alteri, in judicio facta, valeat, & effectum suum producat, requiritur, ut eandem Iudex quoque approbet, *l. 12. §. 1. ibi: Sed juramento illato, cùm hoc à partibus factum fuerit, & à judice approbatum. C. de Reb. Cred.* ibi Gothofred. Petr. Gilken. *n. 10.* Aug. Barbos. *n. 12.* Ioh. Brunn. *n. 16. & 23. ibi: Delationem juramenti validam non esse, nisi prius eam Judex approbaverit. hoc est, autoritatem suam interponat;* Sichard. *add. l. 12. §. 1 n. 6.* Magnif. Dn. Præses, Præceptor & Patronus colendissimus *ad tit. π. de Jurej. §. 5. n. 78.* & quidem præviâ † aliquâ caussæ cognitione. Cognoscere enim debet Iudex prius, an deferens vel referens deferendi vel referendi potestatem habeat; an adversarius eius sit conditionis, ut eidem etiam jure deferri vel referri possit jusjurandum; & an alia quoque legitimæ delationis vel relationis adsint requisita; nihil verò existat, quod eandem impediat, vel, ne admittatur, suadeat. Iudicis † namque est, prudenter prospicere & diligenter cavere, ne eius authoritate perjuriis via aperiatur, aut juramenta temerè ac nulliter præstentur. *arg. l. 2. C. de indict. vidui* *vid.* Sichard. *ad d. l 12. §. 1. n. 6.* Licet † autem Imperator *in d. l. 12. §. 1.* & Dd. citati, citatis in locis, quoad verba loquantur de Iuramenti Delatione, & non de ejus Relatione; quod tamen, propter rationis identitatem, mens & sententia illorum etiam ejusdem relationem comprehendat, dubitandum est vel minimè. Cùm † etiam Relatione juramenti factâ, ad Iudicis officium spectet, prædicta observare, & conceptionem relati jurisjurandi, pro personarum & rerum diversitate prudenti suo arbitrio determinare. *l. 34. §. 8. π. de Jurejur.*

Margin: 1. *Ejusdem confirmatio.* 2. 3. 4. 5.

Fit autem hæc Iudicis approbatio nostris moribus regulariter per interlocutoriam, etiam sequenti formulâ: Daß Kläger den Referirten Eyd/ wie er ihn deferirt zuschweren schuldig V. R. W. *Vid.* Iacob. Schultes. *Obs. forens. 50. n. 6. & 7.* Bened. Carpzov. *in Tr. de Process. tit. 11. art. 3. n. 125. & art. 2.* 6.

 n. 2.

7. *num. 2 & seqq.* ubi ait: Per † totum ferè Imperium Romano Germanicum hoc jure utimur, ut nullum in judicio præstetur jusjurandum, aut præstitum alicujus momenti habeatur, nisi à Iudice interloquente prius sit impositum. Et huius sententiæ testes adducit Wesenb. Menoch. Moller. Seraphin. & Dd. alios. *Vid.* etiam Sichard. *add. l. 12. §. 1. C. de Reb. Cr. n. 7.*
8. ubi similiter scribit: Ex quo † sequitur, quod si pars juraret, propter delationem factam à parte, & Iudex non fuisset auctoratus illam delationem, quod non valeret id, quod factum fuisset. Interdum tamen † conniventiam Iudicis juramenti præ-
9. stationem validam reddere, probat Iac. Schultes *d. obs. 50. n. 12. & seq.* quem sequitur Carpz. *d. t. 11. art. 2. n. 8. & seq.* Suffi-
10. cit † etiam, si Iudex Relationem à parte jam factam approbat. *d. l. 12. §. 1. C. de Reb. Cred.*

11. Solent † quidem interdum Iudices ad Iuramenti Delationem interloquentes, illis, quibus jusjurandum est delatum, expressis verbis, facultatem illud referendi reservare, in foro Saxonico sequentibus etiam verbis: PP. So ist Beklagter sein Gewissen/ Wissenschafft und Wohlbewust/ wohin es ihm auff solchen Fall angestellet/ auff vorgehenden deß Klägers Eyd vor Gefährde / zueröffnen schuldig; Er wolte dann dem Kläger den Haupt-Eyd referiren/ damit würde er in Zeit Sächsischer Frist billich zugelassen / und ergeht darauff ferner was Recht ist. V. R. W. *Vid.* Carpzov *de proceß. tit. 11. art. 4. n. 8. & seq. n. 19.* ubi scribit: *Ex fori observantia didicimus, in sententiâ super juramento præstando latâ, relationem ei reservari, quantumvis antea desuper protestatus non fuerit, nec quicquam de referendo jura-*
12. *mento dixerit.* Verùm † hæc ipsa reservatio necessaria non est; cùm illa facultas referendi, ipso jure illis, quibus juramentum
13. judiciale est delatum, competat. Unde qui † jusjurandum vult referre, nec à Iudice ejus licentiam petere necesse habet. *arg. l. un. C. de thesaur. junct. l. 34. §. 7. de jurej.* Berlich. *part. 1. Concl. 32. n. 42.* ibi: *Et hac relatio juramenti locum habet, etiamsi in actis ab illo, cui juramentum est delatum, non fuerit petitum, ut sibi sit liberum juramentum delatum referendi; etsi Judex ad partis delationem simpliciter pronunciaverit,* daß der Beklagte den ihme deferirten Eyd zupræstiren schuldig. *arg. dd. ll.*
14. Iudicis † enim sententia secundum Iuris dispositionem est intelli-

telli-

telligenda; & ex illa recipit interpretationem passivam. Unde in huiusmodi sententiâ tacitè hæc clausula censetur addita, vel subintellecta: nisi referat Juramentum. *l. 9. C. de Reb. Cred.* vide *l. 7. π. de compens.* modo † antea lis non fuerit, an juramentum delatum referri possit; tunc enim sententia secundum acta est intelligenda. 15.

X.

Possunt autem Iusjurandum referre regulariter omnes, quibus illud in judicio ab adversario legitimè est delatum, *arg. l. 34. §. 7. π. de Jurej. l. 9. C. de Reb. Cred. c. ult. X. de Jurej.* Loquitur quidem *d. l. 34. §. 7. & d. l. 9.* de Reis, quibus Iusjurandum ab Actoribus est delatum: Verùm † cùm Iuramentum Iudiciale non tantùm Actor Reo deferat, sed etiam ipsi Actori Reus; *arg. l. 25. §. 1. π. de constit. pec. l. 8. & l. generaliter. 12. pr. vers. omne igitur. C. de Reb. Cred.* Setser. *de Juram. lib. 4. c. 2. n. 6.* Borch. *de Jurejur. cap. 3. num. 3.* Carpz. *de Process. tit. 11. art. 1 num. 113.* quin itaque † etiam Actor, cui à Reo juramentum est delatum, illud referre possit, nulli dubitamus; maximè cùm in *d. l. 38.* generaliter dicatur, manifestæ turpitudinis & confessionis esse, nolle jurare, nec jusjurandum referre; nec lex adsit, nec legis ratio, quæ Actorem, cui juramentum judiciale est delatum, ab hac referendi facultate excludat. *Vide* Carpz. *de Process. tit. 11. art. 4. n. 1.* ibi: *non existimet actor vel reus, &c.*

1. *Qui juramentum referre possint.*

2. *An etiam Actores.*

3.

XI.

Quando in præcedenti thesi dicitur, illos juramentum referre posse, quibus ab Adversario in judicio juramentum legitimè est delatum, excluduntur eo ipso (1.) quibus Iusjurandum non ab Adversario, sed vel à lege, vel à Iudice est illatum. *arg. d. c. ult. X. de Jurejur.* Berlich. *part. 1. conclus. 52. n. 43. 45. & 46.* Carpz. *Jpr. F. part. 1. const. 14. def. 7. 8. & 9.* vide *seq. 8. 46. & 47.* (2.) Excluduntur illi, quibus quidem ab adversario jusjurandum est delatum, verùm non in judicio, h. e. neque coram Prætore, neque coram judice, (latè enim hic vocabulum judicii accipitur) sed extra judicium, per modum conventionis; *arg. l. 17. π. de Jurej.* de quo infrà pluribus. (3.) Hic removentur, quibus quidem ab adversario jusjurandum

1. *De illis, quibus Iuramentum illatum à lege vel Iudice.*

2. *vel extra judicium per conventionem.*

3. *Vel in Iudi-*

 in

cio quidem, in judicio eſt delatum, verùm non legitimè & validè, ſed pro-
ſed invalidè. pter perſonarum aut cauſſarum qualitatem, vel aliam ob cauſſam, omninò nulliter. Relatio enim præſupponit præcedentem jurisjurandi delationem, & quidem validam. Paria ſiquidem ſunt, non fieri, & non legitimè & validè fieri. *l. 2. π. de auctor. tut.* Unde etiam ille, cui juramentum nulliter eſt delatum, illud validè, & ut jura legitimæ Relationis locum
4. habeant, referre nequit. Vide infra theſ. 54. Porrò (4.) exclu-
Aut validè quidem, ſed revocetur. duntur illi, quibus juramentum ab adverſario in judicio validè delatum, ante eius acceptationem verò iterum per adverſarii revocationem eſt ademptum. *per l. 11. C. de R. C.* Hæc enim evocatio, hoc reſpectu, rem in eum ſtatum ponit, quo fuit ante jurisjurandi delationem, ita ut perinde habeatur, ac ſi juramentum non fuiſſet delatum. Iuramenti autem non delati nulla
5. poteſt eſſe relatio. Tandem (5.) dictis verbis hîc excludun-
Aut non per delationem ſtrictè ſic dictam. tur, quibus conditio jurisjurandi validè quidem ab adverſario in judicio eſt illata, verùm non per Delationem ſtrictè ſic dictam, ſed per Relationem. *arg. l. 34. §. 7. π. de Jurejur. l. 12. §. 1. C. de Reb. Cr.* Franzk. *in Comment. π. tit. de Jurejur. n. 115.* De quo etiam infrà agemus pluribus. Vid. *th. ſeq. LVI.*

XII.

1. Illud etiam neceſſarium eſt, ut Actor vel Reus juramen-
An illi, qui non habent rerum ſuarum admi-niſtrationē, tum ſibi delatum legitimè referre poſſit, ut de re controversâ validè diſponendi & tranſigendi facultatem habeat. Qui enim † juramentum ſibi delatum in judicio refert, ille eò ipſo adverſarii juramentum pro plenâ & ſufficienti probatione admittit, & per conſequens facit, ut ipſe, ſi eſt Reus, rem illam præſtare,
2. vel ſi Actor, eâdem carere cogatur, à Iudice ad hoc, ſi adverſarius, cui juramentum relatum, juraverit, condemnatus: ut proinde, qui juramentum refert, eò ipsò quodammodo rem controverſam alienare, vel alienandi cauſſam prębere videatur; & per conſequens, ut ejuſdem poteſtatem habeat, neceſſe ſit;
3. perinde ac ille, qui primum juramentum defert. Nam † qui juramentum refert, ille, quoad dictum effectum, etiam defert; *vid. l. 25. §. 1. in fin. π. de conſtit. pecun.* Vnde qui juramentum judiciale ex hâc cauſsâ deferre nequit, ille nec delatum referre poterit. *vid.* Anton. Fabrum *add. l. 25. §. 1. π. de conſtit. pecun. ibi: quia & quod refertur jusjurandum, deferri dicitur; Et utreque*

troque casu eadem vis & potestas est jurisjurandi, ut & pacti vim habeat & probationis.

XIII.

Hinc si pupillo juramentum judiciale esset delatum, [hoc enim interdum fieri, patet ex iis, quæ leguntur apud Carpz. *J.F.part.1. const.24. def.11.* Setser. *d. Jurejur. lib. 4. c. 3. n. 3. vid. l. 26. pr. π. de Jurej.*] ipse pupillus solus, cum rerum suarum administrationem non habeat, juramentum sibi delatum referre haud posset; sed Tutoris auctoritas ut accederet, necessarium esset. *arg. l. 17. §. 1. π. de jurej. vid.* Setser. *d. lib. 4. c. 9. n. 10. & seq.* Idem † dicendum de minoribus & aliis, qui in curâ sunt. *arg. d. l. 17. §. 1. l. 35. §. 1. π. de Jurej.* Diss. Borch. *de Jurejur. c. 3. n. 27. & seqq.* Item † de fœminis, quæ nostris moribus sine maritorum suorum vel curatorum consensu, res suas alienare, & in judicio stare nequeunt. *arg. dd. ll.* Setser. *d. c. 2. n. 32.* 1. *An pupilli.* 2. *Adolescentes & alij in curâ existentes.* 3.

XIV.

Tutores tamen, & Curatores Minorum ac similium personarum, juramentum delatum, (terminis habilibus, hic, uti in aliis quoque casibus præsuppositis,) referre posse, colligitur ex *d. l. 17. §. 2. vid.* Carpzov. *Jpr. F. part. 1. constit. 14. def. 12.* Aliud † dicendum de Mulierum Curatoribus. Hi enim juramentum in caussis fœminarum, nec deferre, nec delatum referre possunt, per ea, quæ habet Setser. *d. lib. 4. c. 2. n. 34. & seq.* Carpzov. *Jpr. F. part. 2. constit. 15. def. ult.* Besold *in thes. Pract. voce* Kriegerische Vormund. Patrem, † qui bona filii sui adventitia administrat, juramentum, in causâ ad illud peculium adventitium pertinente, sibi delatum, referre posse, nullum dubium habere videtur. *arg. l. 1. C. d. bon. matern. l. 8. §. 4 & 5. C. de bon. quæ lib. junct. l. 17. §. 2. π. de Jurej.* vide tamen *d l. 8. §. 3. C de bon. quæ lib.* Ipse † verò filius, peculium profectitium administrans, juramentum sibi delatum referens, patri suo præjudicare nequit. *l. 24. π. de jurejur.* 1. *An Tutores & Curatores.* 2. *An Curatores Fœminarum.* 3. *An Pater bonorum adventitiorum filij administrator.* 4.

XV.

Procuratores an & quando Iuramentum delatum referre possint, videndum. Primò omnium autem distinguendum est, an in rem suam sint constituti, an verò in alienam. Illi, † Procuratores scil. in rem suam, quin juramentum ipsis delatum referre possint, nullum est dubium *arg. l. 17. §. fin.* 1. 2. *An Procu-*

rator in rem suam. *fin π. de jurejur.* Quoad † Procuratores in rem alienam, distinguendum est, an sint Procuratores universales omnium bo-
3. guendum est, an sint Procuratores universales omnium bo-
An in rem alienam constituti. norum, an verò tantùm ad certa bona, vel ad lites certas, aut etiam universas; Illi, † quod possint juramentum ipsis, vel illorum Dominis, delatum referre, colligitur *ex l. 17. §. fin. π. de Jurejur.*
4. Hi † verò, qui scil. non universorum bonorum Procuratores,
5. sed ad certa bona, vel ad lites tantùm, licet omnes, sunt constituti. juramentum ipsis, (*vid. l. 9. §. 6. de Jurejur.*) vel illorum principalibus delatum, referre non possunt, nisi speciale ad hoc habeant mandatum. *arg. d. l. 17. §. ult. & ll. seqq. π de Jurej.* Carpzov. *l. F. part. 1. constit. 12. def. 12. n. 3.* Vnde † nec conjunctæ
6. personæ cum cautione de rato pro conjunctis agentes, juramentum delatum referre possunt. *arg. l. 27. pr. π. de minor. vid.* Würtemb. Landrecht *part. 1. tit. 16. §.* aber in Sachen. *l. 24. π. de Jurejur.* Setser. *d. lib. 4. c. 2. n. 36.*

An persona conjuncta.

XVI.

1. Licet autem Tutores, Minorum Curatores, & quidam alii alienarum rerum administratores, potestatem juramentum delatum referendi habeant, eâ tamen sine urgenti & justâ caussâ uti haud debent. *arg. l. 35. pr. π. de Jurejur.* Vnde si † justam
2. foverent caussam, & probè scirent, suas intentiones veras & justas esse, ob solam timiditatem & perjurii suspicionem, quam jurantes quandoque, etiam innocentissimi apud nonnullos incurrunt, juramentum delatum tutò referre haud possent. *arg. d. l. 35. pr. de Jurejur. l. 46. §. fin. π. de administr. tutor.*

Declaratio priorum.

XVII.

1. Vasallum de feudo litigantem, juramentum sibi delatum, bonâ fide referre posse, probat text. *in cap. un. vers. & cum datur. ibi: aut referat pars cui delatum est. de consuetud. rect. feud. 2. F. 33. arg. c. un. §. si vasallus de beneficio. Si de feudo defuncti contentio. 2. F. 26. cap. un. de controvers. inter vasall. 2. F. 43.* Diss. Setser. *d. lib. 4. c. 2. n. 38.* vid tamen *Thes. prox. praeced.*

An Vasalli.

XVIII.

1. Ceterùm an Heres juramentum defuncto, cui successit, delatum, adversario referre possit, quæstio est ventilatione digna. Vt autem hæc quæstio eò meliùs & pleniùs intelligatur,
2. primò omnium distinguendum est: An defunctus de Iura-

An heredes illi, cui fuit delatum.

mento

mento ſibi delato voluntatem ſuam declaraverit, an verò non. Priori † in caſu videndum: (1.) an defunctus illud recuſaverit; (2.) an intentionem ſuam alio modo, v. gr. teſtibus vel inſtrumentis probare elegerit; (3.) an ipſe illud retulerit adverſario; an verò (4.) ipſemet jusjurandum receperit, & antequam illud præſtiterit in fata conceſſerit. 3.

XIX.

Primo in caſu, ſi defunctus jusjurandum à parte delatum, & à Iudice approbatum, eiuſdemque interlocutoriâ injunctum, expreſsè recuſavit, & neque jurare, neque jusjurandum referre, neque alio modo conſcientiam exonerare voluit; heredes eius fruſtra jusjurandum referre deſiderant. Defunctus enim in huiuſmodi caſu, ob juramenti † recuſationem, pro confeſſo & convicto habetur, & per conſequens eiuſdem quoque heredes, æquè ac defunctus, ſi adhuc in vivis eſſet, ſi fuit reus, condemnandi; aut, ſi actor fuit, deferens abſolvendus *arg. l. 34. §. 6. l. 38. π. de Jurej. l. 9. C. de Reb. Cred. junct. l. 120. l. 143. de R. I.* Carpzov. *lib. 6. Reſponſ. 120. n. 1. & 2. & tr. de Proceſſ. tit. 11. art. 6. n. 34.*

1. *Si defunctus illud recuſavit.*

2.

XX.

Secundo caſu, ſi intentionem ſuam teſtibus vel inſtrumentis probare elegit, & ante eius præſtationem, deceſſit, eiuſdem heredem juramentum defuncto delatum adverſario referre non poſſe, tradit Carpzov. *part. 1. conſtit. 14. def. 19.* ubi etiam ICtos † Lipſienſes ita reſpondiſſe refert: Daß Beklagter das jenige/ ſo er zuerweiſen ſich angemaſſet/ wie Recht/ nicht erwiſen und beygebracht; derowegen er den ihme deferirten Eyd/ auff vorgehenden Klägers Eyd für Gefährde nochmals zuſchweren ſchuldig/ denſelben aber iſt er Klägern nunmehr zureferiren nicht befugt/ V. R. W.

1. *Si defunctus probationem elegit.*

2.

XXI.

Tertio in caſu, ſi defunctus adverſario Iuramentum ſibi delatum retulit, fruſtra quæritur, an heres illud facere poſſit; cùm relatio à defuncto facta, adhuc valeat, & ſubſiſtat; nec novâ heredis relatione opus ſit. *Si defunctus ſibi delatum retulit.*

XXII.

XXII.

1\. Quarto casu, si defunctus juramentum sibi delatum suscepit præstandum, ante eius præstationem verò mortuus fuerit, videndum, an per illum steterit, quo minus in vitâ illud præstiterit; an verò eidem nulla mora imputari possit.

Si illud suscepit præstandum.

2\. Illo in casu, † heres juramentum defuncto delatum nec præstare, nec referre potest. Non præstare; quia adversarius, † qui juramentum detulit, defuncti scientiam & conscientiam respexit, & illius fidem elegit; atque sub hâc conditione eundem in propriâ caussâ testem & judicem constituit: si ipse juraverit; Eapropter hæc conditio in formâ specificâ est adimplenda; *l. 44. l. 55. π. de condit. & demonstr.* maximè, cùm † aliàs quoque conditiones faciendi personis cohæreant; Brussel. *de condit. lib. 3. tit. 1. n. 7.* & haud rarò scientia † & fides defuncti, ac heredis, discrepent multùm, atque sic juramentum hereditarium à principali sacramento longè differat. *l. 12. pr. C. de Reb. Cred. vid.* Brussel. *d. tr. lib. 3. tit. 2. n. 23.* Juramentum autem † eô modô est præstandum, quô fuit delatum. *l. 3. §. fin. π. de Jurej. l. 12. §. 4. C. de Reb. Cred.* Berlich. *part. 1. concl. 55. num. 4.*

Et in mora fuit. 3. *An heres illud præstare possit.* 4. 5. 6.

7\. Referre non potest heres jusjurandum à defuncto susceptum: quia ipse defunctus, juramentum suscipiendo, facultatem illud referendi amisit; *arg. l. 5. C. d. Obl. & Act. post* Donell. Zanger. Duaren. Carpzov. *de proceß. tit. 11. art. 4. n. 9. & seqq.* unde † eandem nec in heredem transmittere potuit, *arg. l. 120. de R. I.*

An illud referre possit. 8.

9\. Neque in hujusmodi † casu juramentum pro præstito haberi potest. Cum mora moroso non prodesse, sed nocere potiùs debeat. *l. 173. §. 2. π. de R. J.*

An pro præstito habeatur.

XXIII.

1\. Antonius Faber putat in prædicto casu juramentum defuncto delatum, pro relato habendum esse *in Cod. tit. de Reb. Cred. defin. 32. n. 5.* Verùm, † cum defunctus juramentum sibi delatum susceperit præstandum; Atque sic constet de ejus voluntate, quod illud non referre, sed præstare voluerit;

An habeatur pro relato. 2.

luerit; ac propterea etiam, licet postea voluisset, tamen illud referre non potuisset; eapropter hoc juramentum, nec ex præsumta defuncti voluntate, quia constat de contraria, nec ex juris fictione, pro relato haberi potest. Deficit enim hîc legis dispositio, quæ huic moræ vel morti, relationis effectum tribuat. Et † inauditum est in totâ nostrâ Iurisprudentiâ, Iuramentum delatum & susceptum, contra voluntatem ejus, cui delatum, & à quô susceptum, pro relato haberi. Hominum autem fictiones sunt in vitio. 3.

Neque † pro Fabri opinione quid operatur, quod ipse *d. l.* addit, quod nimirum æquum non sit, ex adversarii morte deteriorem fieri conditionem eius, qui detulit jusjurandum; & interpretatio facienda sit contra eum, qui fuit in mora, & per quem stetit; *per l. 24. & 81. de condit. & demonstr.* Faber. *d. def. 32. n. 5.* Nam † (1.) ubi apertè constat de alicuius voluntate, uti hîc de mente defuncti, qui jusjurandum non referre, sed præstare voluit; ibi quælibet alia interpretatio est calumniosa; & in claris & perspicuis conjecturas quærere, infirmitas intellectus dicitur. August. Barbos. *locupl. lib. 3 c. 22. ax. 2.* (2.) Non est † novum, ut morte debitoris conditio creditoris reddatur deterior. *arg. l. un. C. ex delict. defunct.* Quæ casu contingunt, quilibet æquo animo sustinere debet. Et quamvis † aliqua mora illius, qui juramentum suscepit, intervenerit; propterea tamen juramentum susceptum non statim haberi debet pro relato. *arg. Nov. 2. c. 3. pr.* ibi: *nec qualibet est lex, aliquid tale dicens.* 4. 5. 6. 7.

XXIV.

Si verò defuncto, cui juramentum fuit delatum, nulla mora imputari potest, iterum videndum, an Adversarius † impedimento fuerit, & per illum steterit, quominus defunctus juramentum præstiterit; ut si ipse deferens in juramento calumniæ præstando longiorem traxerit moram, & interim, qui juramentum suscepit, & ad jurandum paratus stetit, obierit; tunc juramentum habetur pro præstito, & per consequens inanis est de eiusdem relatione quæstio. *arg. l. 24. l. 81. π. de condit. & demonstr l. 161. de R. I.* Carpzov. *lib. 6. Respons. 120. num. 16. & seq.* An verò † per illum non steterit, 1. *Si defunctus, qui delatum suscepit, non fuit in mora.* 2. 3.

ſed defunctus caſu, v. gr. vel ſuperveniente morte, vel alio modo impeditus fuerit, quominus debito tempore præſtiterit juramentum delatum & ſuſceptum; tunc de jure civili, illud nec pro præſtito habetur, *arg. l. 31. de condit. & demonſtr. l. 23. §. 2. π. ad L. Aquil.* per ea, quæ habet Bachov. *ad Tr. vol. 1. diſp. 21. th. 10. lit. G. in f.* Ioh. à Sande *ad l. in omnibus. 39. de R. I. verſ. dixi conditionem.* vide tamen Carpzov. *d. reſponſ. 120.* Gail. *2. obſ. 43.* Borcholt. *tr. de Iurejur. c. 7. n. 8.* Berlich. *part. 1. concl. 55. n. 13. & 14.* nec pro relato; per ea, quæ antea ſunt
4. deducta. Neque * heres referre poteſt, quod defunctus non potuit. Vid. *praced. theſ. 22.*

XXV.

Si defunctus de juramento ſibi delato voluntatem ſuam non declaravit.

1. Sequitur nunc ſecundum membrum primæ diviſionis, quo defunctus, cui juramentum fuit delatum, morte præventus, deſuper voluntatem ſuam non declaravit: vid. *praced. th. 18. n. 2.* In * huiuſmodi caſu, juramentum pro relato non habendum, rectè docet Ant. Faber. *in Cod. d. tit. de R. C. def. 32. n. 6.* Ubi tamen refert, juramentum tali * in caſu pro præ-
2. ſtito habendum eſſe, Senatum Sabaudiæ Anno 1595. judicaſſe;
3. ne alioqui ſola mors litis damnum inferat ei, qui jurare, ac
4. jurando vincere potuiſſet. Sed * ipſe Antonius Faber ibidem addit: Et tamen verum eſt, non fuiſſe juratum, nec per eum ſtetiſſe, qui detulit. Cur ergo juſjurandum pro præſtito habemus, quod defunctus, ſi hodiè viveret, præſtare fortaſſis nollet, & in ipſo etiam procinctu jurandi, religione aut conſcientiâ impediretur, quominus illud præſtaret. Facit hûc textus *in l. 12. pr. C. de Iurejur.* ibi; *ab hac forte luce ſubtrahantur, & probationes autem rerum cadant.* ibi Gilken. *n. 9.* vid. Bachov. *vol. 1. diſp. 21. theſ. 10. lit. G. in fin.* Beuſt. *in rubr. de Iurejur. n.*
5. *66.* vide Setſer. *de Iuram. lib. 4. c. 3. n. 29. & ſeq.* Nec * iniquum eſt, ut morte amittantur ea, quæ alicuius perſonæ tan-
6. tum ſunt conceſſa. *l. 12. pr. C. de Reb. Cred.* Neque mors * in huiuſmodi caſu, propriè & per ſe litis damnum affert; ſed, ſi actor fuit defunctus, cui juramentum fuit delatum, eius heredes causâ cadunt, & rei abſolvuntur, quia illi intentionem debitò modò non probârunt. Si fuit reus defunctus, eius heredes non aliter condemnantur, quàm ſi actor probaverit ſuam intentionem; ut proinde mors per ſe litis damnum non adferat,

rat, sed vel legitimæ probationis præstatio, vel ejusdem defe-
ctus. Heredes * in hoc quoque casu juramentum defuncto 7.
delatum præstare non posse, evincunt, præter *d. l. 12. §. 1.* et-
iam ea, quæ suprà *thes. 22.* sunt dicta. Ex * quo ipso etiam 8.
suâ sponte sequitur, ipsos heredes illud nec referre posse. *arg.*
l. 34. §. 6. & 7. ff. de Jurejur. l. 9. C. de Reb. Cred.

XXVI.

1. In foro Saxonico speciali, Electoratu scil. Saxonico, & ubi Electoris Sax. Constitutiones observantur, mortuô eô, qui juramentum sibi delatum non præstitit, quid, maximè quoad ipsius heredes, obtineat, explicat Carpzov. *J. For. part. 1. Const. 24. def. 2. & seq. & in Process. suo tit. 11. art. 6. per tot. & alibi.* Berlich. *p. 1. conclus. 55.* Summa * autem illius hæc est: Defuncto eo, cui juramentum judiciale, de hoc enim hîc agimus, est delatum, videndum, an ille juramentum susceperit, & jurare paratus decesserit, an verò illud nondum susceperit. Illo * in casu, habetur pro præstito, & de ejus relatione quæritur frustra. Carpzov. *lib. 6, resp. 120.* de quo nos in *praced. th. 22.* Si non * suscepit, iterum videndum an illud recusaverit, sive terminum ad illud præfinitum elabi passus fuerit, & tunc etiam in hoc foro obtinet id, quod suprà *th. 19.* dictum est: An * verò non recusaverit; & hoc in casu distinguendum, an defuncto delatum fuerit credulitatis, an verò Veritatis Iuramentum. Illo * in casu, heredes defuncti, in d. foro, de suâ credulitate jurare tenentur, idque sive defunctus ante vel post interlocutoriam decesserit, Carpz. *J. F. part. 1. Const. 24. def. 4. & in tr. de Process. tit. 11. art. 6. n. 12. 35. & seq. item n. 58. & seq.* ita tamen ut deferenti hoc juramentum referre possint. Carpzov. *d. tit. 11. art. 6. n. 77.* Posteriori * in casu, Iuramento veritatis defuncto delato, ulterius distinguendum, an defunctus diem suum obierit ante interlocutoriam, quâ juramentum delatum injungitur, publicatam, an verò post illam. Illo * in casu heres ex delatione defuncto factâ, nec de credulitate jurare cogitur: Carpz. *d. const. 24. def. 3. & d. tit. 11. art. 6. n 23. & seq.* Secus * est in posteriore casu, quo heres de credulitate jurare tenetur. Carpz. *d. const. 24. defin 2.* licet ab illâ interlocutoriâ appellatum, vel leuteratio interposita fuerit. Carpz. *d. Constit. 24. def. 5. & d. tit. 11. art. 6.*

In foro Saxonico quid obtineat, juramentô defuncto delatô, & ab ipso non præstitô.

Margin numbers: 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

10. *n.38. & seq.* ita * ut illud juramentum non referre, Carpzov. *d. conſt. 24. defin. 10. & d. tit. 11. art. 6. n. 71. ſeq.* probationibus tamen declinare poſſit. Idem *d. conſt. def. 9. d. tit. 11. art. 6. n. 66. ſeqq.*

XXVII.

1. *An ille cui de facto proprio delatū.* Illud quoque convertitur inter Dd. An ille, cui de facto proprio, juramentum ab adverſario in judicio eſt delatum, illud deferenti referre poſſit? Negat hoc Carpzov *J. F. part. 1. conſtit. 14. def. 10.* Sed nos infrà *th. LXXII. & ſeqq.* de hâc quæſtione pluribus agemus.

XXVIII.

1. *An ille, qui ſemel ſuſcepit.* Qui juramentum ſibi delatum ſemel ſuſcepit, & ſe juraturum declaravit, poſtea, uti ſupra qnoque dictum, pœnitere, & illud deferenti referre nequit. *arg. l. 5. C. de obl. & act. arg. l. 17. pr. π. de Jurej.* Franzk. *in comment. π. tit. de Jurejur. n. 93.* Vid. *theſ. ſeq. LV.*

XXIX.

1. *Quibus juramentum delatum referri poſſit.* Referri poteſt Juramentum delatum litigantibus, qui illud prius detulerunt. *l. 34. §. 7. π. de Jurej.* ibi: *æquiſſimè enim hoc facit; cùm non deberet diſplicere conditio jurisjurandi ei, qui detulit.* Petr. Loriotus *ad l. 1. π. de Jurejur. n. 3.* ibi: *deferenti referri poteſt.* Qui * itaque prius juramentum non

2. *An illis, qui non detulerunt.* detulerunt, illis juramentum referri nequit. Berlich. *part. 1. concl. 32. n. 45.* Borcholt. *de jurejur. cap. 7. n. 9.* Hinc Iudice juramentum neceſſarium, vel aliam jurisjurandi ſpeciem deferente, Actor vel Reus, cui delatum, adverſario ſuo illud referre nequit. Berlich. & Borcholt. *dd. ll.* Carpzov. *J. F. p. 1. con-*

3. *An advocatis.* *ſtit. 14. def. 7. n. 4.* Ex eâdem * ratione dicendum, quod juramenta delata referri non poſſint deferentium Advocatis; quippe qui ipſi non litigant, nec juramenta deferunt, ſed litigantibus, & juramenta deferentibus tantum patrocinium præſtant, *l. 6. §. 1. C. de poſtul.* ope & conſilio aſſiſtunt, illorumque cauſſas ac deſideria proponunt. Iac. Bouric. *in ſuo Advocato c. 2.*

XXX.

1. *An Procuratori.* De Procuratore, an illi juramentum referri poſſit, videamus. Primò omnium autem hîc quoque diſtinguendum inter Procuratorem in rem ſuam, & Procuratorem in rem alienam.

nam. Illi, si detulit adversario suo juramentum (ipsum enim hoc posse, probat textus expressus *in l. 17. §. ult. π. de jurejur.*) quin juramentum referri possit, ita, ut non tantùm, si velit, illud præstare possit, sed etiam, si aliud impedimentum non subsit, illud præstare teneatur; atque referens ab obligatione juramentum sibi delatum præstandi liberetur, nulli dubitamus. Licet * enim hujusmodi Procurator, contentionem ex alterius, cedentis scil. personâ, sumat; *l. 9. C. de Procurat.* quia tamen omnia in suam utilitatem facit, suoque libero arbitrio agit, litigat, atque juramentum defert, perinde ac si verus dominus actionis esset, *l. 13. §. 1. π. de pact. l. 4. l. 9. C. de Procur. l. 25. in fin. π. eod.* atque in illo quoque rationes suprà *th. VII.* adductæ locum habent; proinde, uti dictum, si aliud impedimentum non subest, eidem quoque juramentum, quod detulit, jure refertur. *arg. l. 34. §. 7. π. de Jurejur.*

in rem suam. — 2.

XXXI.

1. Procuratori in rem alienam, quod juramentum delatum eum ad effectum referri possit, ut ipse Procurator, si velit, illud præstare possit, & eiusdem præstatio domino suo profit, colligi potest *ex l. 9. §. 6. π. de Jurejur. arg. l. 4. π. de in lit. jur.* Nam licet * hic Procurator Procuratorio nomine, & in alienam utilitatem administret, litiget, & juramentum deferat, si tamen adversarius eiusdem fidem eligit, ipseque juramentum suscipit, nihil impedit, quominus ipse relatum, æquè ac delatum, cum effectu præstare possit. *arg. l. 9. §. 6. π. de Jurej.*

in rem alienam. — 2.

XXXII.

1. Ceterùm si huiusmodi Procurator juramentum sibi relatum, ut nimirum in suam animam juret, recipere & præstare recusat, quæstionis est, an illud invitus præstare teneatur, ita ut hâc relatione adversarius à necessitate juramentum sibi delatum præstandi liberetur? Maioris * perspicuitatis gratiâ distinguendum, an hujusmodi Procurator ad speciale domini mandatum, adversario detulerit juramentum; an verò suo arbitrio, suâque voluntate, citra speciale mandatum. Priori in casu, * sine omni dubio, ipse invitus juramentum in suam animam relatum, recipere & præstare non compellitur. Licet enim * ipse prius detulerit juramentum,

An invitus sibi relatum suscipere cogatur. — 2. — 3. — 4.

 fecit

fecit tamen hoc, non suo arbitrio, sed ex speciali domini mandato; non suo proprio, sed procuratorio nomine, & in domini utilitatem; unde invitus sub alieni compendii emolumento anceps perjurium subire non compellitur. *arg. l.4. π. de in lit. jur.* Hinc * etiam Ulpianus, Procurator, *inquit*, non com-
5. pellitur jurare. *l.34. §.3.π. de Jurejur.* Neque eidem objici *
6. potest, quod viam, quam elegit, ipse quoque ambulare debeat; quia, uti dictum, non ipse suo arbitrio, & suâ voluntate juramenti delationem elegit, sed hoc detulit ex speciali domini mandato. Unde nec * Prætoris edictum, *quod quisque juris in*
7. *alterum statuerit*, in huiusmodi casu contra Procuratorem locum habet. *l.2. §.1. π. quod quisque jur. in alt.* ubi Ulpianus: *Si Procurator meus postulavit, quaritur, quis eodem jure utatur. Et putat Pomponius, me solum: utique si hoc ei specialiter mandavi, vel ratum habui.*

8. Posteriori * in casu, v.gr. si Procurator omnium bonorum juramentum adversario detulisset, ignorante domino, *vid. l.17. §. fin. π. de jurejur.* adverarius verò eidem illud retulisset, dicendum videtur, quod, si aliud non obstat, ipsi displicere non debeat juramentum, quod ipse suâ voluntate & suo arbitrio elegit atque detulit. *arg. d. l.34. §.7.π. de jurejur.*
9. Unde * etiam in hujusmodi Procuratore, qui sine speciali domini mandato jus novum impetravit, ipse quoque eodem jure uti debet. *arg. l.3. §.1. π. quod quisque juris.* Zœs. *in Comment.*
10. *π. d. t. n.3.* Facere * etiam huc videntur, quæ *in sequenti the-*
11. *si 33.* de Tutore dicuntur. Sed antequam hic certum * quid definiamus, omni Doctorum authoritate destituti, aliorum quoque rationes & arbitria prius audire exoptamus.

XXXIII.

1. De Pupillorum Tutoribus quæritur, an illis juramen-
An Tutoribus. tum, quod ipsi detulerunt, referri possit, ita ut eo ipso, adversarius à necessitate delatum juramentum præstandi liberetur, tutores verò illud in suam animam præstare compellantur?
2. Affirmativam * defendit Anton. Faber scribens: Sed etsi relatum à reo jusjurandum nolit accipere, cogendus est; cùm imputare sibi debeat, cur detulerit, si nolebat ex relatione jurare. Non enim tutori tam facilè succurritur, qui seipsum in eam necessitatem conjecit, ut nec alii cuilibet. *l.7. §.1. qui satisd.*

risd. cog. Faber. *in C lib. 4. tit. 1. def. 20. n. 3* ubi in fine in Senatu Sabaudiæ ita judicatum esse refert. Fabrum * sequitur 3.
Matth. Berlich. *part. 1. concl. 32. n. 49.* & utrumque Benedict. Carpzov. *J. F. part. 1. constit. 14. def. 13.* ac Ioh. Brunnem. *ad l. 35. π. de Jurejur. n. 3.* Unde * etiam Domini Scabini Lipsienses A°. 1629. Tutori consulenti responderunt: Daß Ihr von 4.
wegen Euers Mündleins wider Melchior Arnden zu einbringen der geforderten Schuld / post Klage zuerheben / und ihme dieselbe in sein Gewissen / Wissenschafft und Wohlbewußt zustellen / wohl befugt; Ihr seyd aber auch / dafern Beklagter euch hinwider das juramentum referiren würde / solches würcklich zuleisten schuldig. V. R. W. referente Carpzov. *d. constit. 14. def. 12. & seq. 13.* Pro hâc sententiâ * facere videtur, quod Edictum, *quod quisque juris in alterum*, etiam in tutore locum habeat, ita, ut si 5.
in causâ pupilli, in alterius personâ aliquid æquum existimaverit, id in suâ quoque personâ admittere debeat. *l. 3. §. 1. π. quod quisque jur. in alt.* Idque hîc eò magis, * ne adversarius 6.
facultate delatum juramentum referendi, jure ipsi concessâ, sine urgenti & legitima caussa privetur. Iurant * autem hujusmodi in casu tutores de suâ scientiâ, & conscientiâ, quod 7.
ipsi sciant, rem ita esse vel non esse; vel quod ipsi hoc credant, vel non credant, prout vel veritatis vel credulitatis juramentum est delatum. Faber. *d. def. 20. n. 20.* si scil. scientiam habent negotii, aut alter super credulitate referat. Brunnem. *ad l. 35. n. 3.*

XXXIV.

Quod de Tutoribus dictum, id ob identitatem rationis etiam asserendum & dicendum est de minorum, furiosorum, & prodigorum Curatoribus, qui curatorio nomine litigantes, adversariis suis juramentum detulerunt. *arg. l. 3. §. 1. π. quod quisque jur. in alt. l. 4. π. de in lit. jur. l. 17. §. 1. π. de Jurej.* *An Curatoribus.*

XXXV.

Ceterùm, si non Tutores, vel prædicti Curatores, sed ipsi pupilli, adolescentes, & prodigi, Tutorum auctoritate, Curatorum consensu litigarent, atque adversario juramentum deferrent, an juramentum delatum eo in casu ipsis pupillis, minoribus & prodigis, an verò illorum Tutoribus & Curatoribus referri possit, hic meritò in quæstionem vocatur. Licet e- 1. *Pupillis, minoribus & Prodigis litigantibus & juramentum deferentibus.*

nim

quibus referri possit. nim Doctores, quos nobis evolvere licuit, hanc ipsam quæstionem silentio prætereant: quia tamen facilè contingere posset, ut hæc ipsa quæstio etiam in foro decidenda veniret, proinde, quæ de illâ Iuris analogiæ nobis convenire videntur, hîc paucis adjiciemus, meliora afferentibus cedere parati.

2. *An Pupillo.* Pupillum * Tutoris autoritate juramentum deferre posse, expressè respondet Paulus ICtus *in l. 17. §. 1. π. de Jurejur.* vid. *l. 5. π. de R. I.* Setser. *de jurament. lib. 4. cap. 2. n. 17.* Un-
3. de * & illius adversarium, si aliud non obstat, eidem Iuramentum sibi delatum referre posse, dicendum videtur; *arg. l. 34.*
4. *§ 7. π. de Jurei.* Ita * tamen, ut pupillus juramentum sibi relatum, ante pubertatis annos invitus præstare non cogatur. *arg l. 34. §. 2. de Jureiur.* vid. Setser. *d. t.. lib. 4. cap. 3. num. 5.* Carpzov. *J. F. part. 1. constit. 12. def. 42.* Sed illius præstatio, in foro usque ad pubertatem meritò differatur. Vide Carpzov. *d. def. 42. & constit. 24. def. 11.* Brunnem. *ad l. 26. pr. π. de Jureiur. num. 4.*

5. *An minoribus & prodigis.* Adolescentibus * quoque & prodigis, qui Curatorum suorum consensu litigantes, adversario juramentum detulerunt, quin juramentum referri possit, nulli dubitamus. *arg. l 34. §. 7. π. de jureiur.* Licet * enim Pupilli, Minores & Prodigi, Tu-
6. torum autoritate, & Curatorum consensu litem intendant & excipiant, atque juramentum in Iudicio deferant; ipsi tamen principaliter hæc omnia, suo consensu & voluntate faciunt, &
7. in illorum personis negotia radicantur. Tutores * verò & Curatores ipsis saltim assistunt, illorum facta probant, atque consensum præstant. *l. 2. C. si tut. vel curat. interven. l. 4. C. si*
8. *advers. rem judic. l. 3. π. de auctor. tut.* Neque * Adolescentes & Prodigi hîc in jure nostro, quoad hanc juramenti relationem excipiuntur, aut excluduntur. vid. *l. 4. in fin. pr. π. de in lit. jur.* vide Berlich. *p. 1. conclus. 29. n. 28.* Bachov. ad Treutl. *vol. 1 disp. 21. th. 7. lit. D.*

9. *An Tutoribus & Curatoribus.* Ipsis * autem Tutoribus & Curatoribus huiusmodi in casu, juramentum eum ad effectum referri posse, ut ipsi relatum in suam animam præstare teneantur, inde negandum videtur, quod * ipsi hoc juramentum non detulerint, sed dela-
10. tionem ab aliis factam saltem probaverint, & eidem consenserint; ut proinde hic dici non possit, quod ipsi sibi imputare debeant,

debeant, quod juramentum detulerint, si noluerint ex relatio-
ne jurare; & quod ipsis propterea succurrendum non sit, quod
se ipsos in eam necessitatem conjecerint. Quia ipsi sciverunt,
quod illis tantùm juramentum referri possit, qui illud detu-
lerunt; *d. l. 34. §. 7.* vid. *praced. thes. 28.* quod in huiusmodi
casu ipsi non fecerunt. Neque illi, † quibus juramentum fuit 11.
delatum, queri possunt; cùm hîc adsint, quibus illud referri
possit; quod secus est in eo casu, quo ipsi Tutores & Curato-
res, absentibus, & sæpè ignorantibus pupillis, minoribus vel
prodigis, litigant, atque juramenta deferunt.

XXXVI. 1.

Referri autem potest juramentum delatum regulariter *An referri*
omnibus, qui illud detulerunt, sive sint Actores, sive Rei; Nò- *possit Actore*
biles & Illustres, † sive Plebei. *arg. d. l. 34. §. 7. π. de Jurejur.* *& Reo.*
Hunn. *Encyclop. Jur. part. 2. tit. 14. cap. 3. n. 3.* Berlich. *part. 1.* 2.
conclus. 29. n 30. etiam personæ vili † atque infami. Vide Set- *An nobili-*
ser. *de Juram. lib. 4. cap. 3. n. 10. & seq.* *bus.*

XXXVII. 3.

De Heredibus deferentium, quæritur, quid dicendum? *An infami-*
v. gr. Illis, qui juramentum detulerunt, ante factam relatio- *bus.*
nem, mortuis, an illorum heredibus deferri possit? Si, defe- 1.
rente mortuo, ille, cui juramentum à defuncto fuit delatum, *De heredi-*
illud vult præstare, morte deferentis non impeditur, sed omni- *bus deferen-*
nò est audiendus. Anton. Faber. *in Cod. lib. 4. tit 1. def. 15. n. 2.* *tium.*
Verùm † si ipse juramentum illud non vult præstare, sed defe-
rentis heredi referre, an audiendus sit? Antonius Faber hoc 3.
ipsum negat; *d. def. 15.* hâc ratione motus, quòd iniquum sit, *Sententia A. Fabri.*
de alieno facto jurare. *per l. 11. §. 2. π. rer. amot.* Unde † ad- 4.
dit, huiusmodi in casu, juramentum pro relato & præstito
haberi.

Verùm admissâ illâ Fabri sententiâ, per mortem scil. de- 5.
ferentis, illum, cui à defuncto juramentum fuit delatum, fa- *An jura-*
cultatem juramentum referendi amittere; Iuris tamen analogiæ *mentū quod*
magis conveniret, quod in huiusmodi casu juramentum non pro *deferentis he-*
relato & præstito, sed pro injustè recusato habebendum esset; *redibus illi-*
ita ut deferentis heredes, si Rei, absolvendi; si Actores, adver- *citè defertur,*
sarius iisdem condemnandus. *arg. l. 34. §. 6. l. 38. π. de jurei.* *pro relato &*
Carpz. *lib. 6. respons. 120. n. 1. & 2.* Brunnem. *de Proc. civ. cap.* *præstito, an*
verò pro re-

 23. n. 18.

ehsate habeatur. 23. *n.18.* Juramentum † enim cùm in proposito casu verè non sit relatum; neque, secundùm Fabri sententiam, jure referri
6. possit; neque ullo juris textu hæc fictio sit inducta, quod illud pro relato ac præstito haberi debeat; proinde nec interpretis erit hoc asserere. Quis † enim dixerit, in casu *l. 11. §. ult. ff. rer. amot.* si Reus, qui res amovisse dicitur, juramentum, sibi
7. delatum, referret, & præstare recusaret, juramentum pro relato & præstito esse habendum?

8. Neque dicta † in nudâ subtilitate consistunt, sed in foro quoque suam utilitatem, suumque habent effectum. Si enim
9. † in casu hîc proposito juramentum habetur pro relato & præstito, à sententiâ secutâ nulla locum habet appellatio. *arg. l. 12. §. 3. C. de R. C.* Setser. *de Jurej. lib. 4. c. 8. n. 13.* Vide omni-
10. nò Borcholt. *de Jurejur. c. 9. n. 11. & seq.* Si verò † in huiusmodi casu juramentum habetur pro injustè recusato, nimirum ab illo, cui fuit delatum, tunc ille, qui recusavit, à secutâ judicis sententiâ appellare potest. *d. l. 12. §. 2.* Vid. Borcholt. *d. c. 9. n. 17. & seq.* Setser. *de juram. lib. 4. cap. 8. n. 11. & seqq.*

XXXVIII.

1. An verò principalis Fabri decisio in propositâ quæstione
Antonij Fabri sententia examinatur. juris analogiæ conveniat, quod scil. dicto in casu, heredi defuncti, qui juramentum detulit, illud referri non possit, non minus dubii habet. Qui † adversario suo juramentum in ju-
2. dicio defert, hâc lege deferre censetur, ut is, cui delatum est, vel juret, vel si malit, deferenti referat; ita ut etiam ex placito deferentis eidem referri possit juramentum delatum. Setf. *de jurejur. lib 4. c. 8 n. 10.* Borcholt. *de Jurejur. cap. 9. n. 15.*
3. In nostro † casu Iuramentum quidem detulit defunctus; sed in illius locum successit eiusdem heres, ita ut illius personam repræsentet, & una eadem persona cum defuncto esse censeatur, *Nov. 48 c. 1.* atque factum defuncti, factum heredis dica-
4. tur. *l. 7. C. de liber. caus.* Cùm † itaque defunctus juramentum judiciale deferendo, tacitè quasi se obligaverit ad juramenti relationem admittendam, & ad juramentum relatum
5. suscipiendum; proinde † nec heres eius illam impugnare, & juramentum à defuncto delatum, sibi verò, loco defuncti, quem repræsentat, relatum, si aliud impedimentum non obsit,

fit, recusare poterit; maximè cùm heres litem, in quâ juramentum delatum, persequatur jure hereditario, ex persona & jure defuncti. Vide *l. 3. C. de reb. alien. non alien. l. 73. de evict. l. 177. pr. de R. I.* Ille, † cui juramentum judiciale est delatum, electionem habet, an jurare, an juramentum referre, an solvere velit. Morte deferentis eidem hanc electionem auferri, vel minui, in jure constitutum non reperitur. 6.
Facultatem † præstandi juramentum à defuncto sibi delatum ipsi adhuc esse salvam, ipse fatetur Faber *d. def. 15. n. 2.* ibi: *Neque enim mors deferentis extinguit delationem, cùm eius præsentia suppleri possit per præsentiam heredis.* 7.
Sed † facultatem juramentum sibi delatum referendi, deferentis morte extingui, nec lege, nec firmâ juris ratione probari potest. 8.
Cùm † hîc quoque eius præsentia suppleri possit per præsentiam heredis. 9.
Differt quidem sæpè juramentum * hereditarium à juramento defuncti: *l. 12. pr. C. de R. Cred.* sed quia referens eo contentus esse vult, quid obstat, quominus possit? 10.

XXXIX.

Sed, *inquit*, Antonius Faber, iniquum est, cogi heredem jurare de facto defuncti. *l. 11. §. jurare. 1. π. rer. amor.* ibi: *cùm iniquum sit de alieno facto alium jurare.* 1.
Verùm si hæc * ratio vera, concludens & sufficiens esset, iniquum quoque esset, illum, cui delatum, cogi jurare de facto defuncti. 2.
Hic * itaque primò notandum, quod juramentum à defuncto delatum, & eius heredi relatum, non semper respiciat factum defuncti. 3.
Si * defunctus per filium, aut Titium procuratorem suum contraxisset, aut debitum solvisset, & eundem filium aut Titium heredem reliquisset, huiusmodi in casu, si defunctus super illo contractu vel distractu litigans, adversario juramentum detulisset, eiusdem filio vel Titio heredi quominus juramentum illud referri posset, Fabri ratio haud obstaret. Ex quo ipso apparet, dictam rationem non esse catholicam. 4.

XL.

(1) Notandum, etiam super facto alieno quandoque juramentum deferri posse. Sic ei, qui furti agit, jusjurandum deferri posse, ut juret furtum sibi esse factum, probat *l. 28. §. 9. π. de jurejur.* & ex illâ Borcholt. *de jurejur. cap. 7. n. 13. & 14.* 1.

D 2 Setser-

2. Setser. *de jurament. lib. 4. cap. 6. n. 11. in fin.* Quando * autem dicitur, iniquum esse, aliquem cogi, de facto alieno jurare, eius hæc redditur ratio, quod facta aliena tertius, etiam defuncti heres, ignorare censeatur, eiusdemque ignorantia sit probabilis; *l. fin. in fin. π. pro suo l. qui in alterius. 42. de R. I.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cas. 187. n. 8.* ibi: *rationem cum ceteris esse credo, quia veritatem ignorat deferens.* Unde ipse anceps perjurium subire non tenetur. Setser *de juram. lib. 4.*
3. *cap. 3. n. 18. 11. 25. & seqq.* Si itaque * heres de facto defuncti, & de re controversâ satis esset instructus, ejusdemque cognitam & compertam haberet veritatem: ut si ipse tempore contractûs, de quo est controversia, & super quô juramentum à defuncto fuit delatum, præsens fuisset; eidem super facto defuncti quominus juramentum deferri, vel referri posset, nec jus, nec illius ratio obstaret. Vid. Setser. *d. lib. 4. cap. 3. n. 31.* ibi: *nempe quod heres vel successor non aliter teneatur iurare, quàm si de veritate sit informatus.* David Mevius, *part. 5. decis. 410. n. 4.* ibi: *attamen si maritus in causâ uxoris agens, facti, super quo iurandum, scientiam habet, nec in iuramentum quicquam venit, de quo non exactè veritatem dicere possit, utique ab illo excusandus non est.* Brunnemann. *ad l. 11. π. rer. amot. n. 5.* Vide *infrà thes. LXXIV. & seqq.*

4. Si verò * heres defuncti, qui juramentum adversario detulit, de facto & re controversâ non habet sufficientem notitiam & scientiam, tunc quidem eidem juramentum referri nequit, verùm non propterea, quod ipse non detulerit, & deferentis heres tantum sit, sed quia scientiam facti & rei controversæ non habet, quæ ipsa ratio deferentem quoque liberaret, si adhuc in vivis esset, quominus juramentum relatum præstare teneretur. vid. *seq. θ. XLIII.* Prædicta autem eo magis procederent, si credulitatis juramentum heredibus referretur. vid. *infra thes. LXXI. & seqq.*

5. Ex * hisce omnibus satis evidenter apparet, heredem deferentis, qua talem, non habere immunitatem, quominus ipsi juramentum à defuncto delatum referri possit.

XLI.

Atque prædictam sententiam, eo in casu, quo ille, cui juramentum fuit delatum, neque in morâ, neque in culpâ fuit,

quo-

quominus juramentum vivo deferenti relatum fuerit, ipse Antonius Faber, ut veriorem, agnoscit *Decad. 19. Error. pragmat. ult. in fin.* scribens: *Sed si mora nulla praecesserit, aut si ea, quae praecesserat, purgata sit; iniquum sanè fuerit, ob hoc fieri duriorem conditionem ejus, cui delatum est jusjurandum, quod adversarius ante praestationem relationemque decesserit, qui si viveret, ex relatione jurare fortassis recusaret.* Ceterum * si mora contracta fuerit per eum, qui jurare debuit vel referre, priorem suam sententiam, etiam dicto in loco admittit; ne ei, cui delatum est, prosit, quod perperam & sine causâ jurare, vel referre distulerit. *d. decad. 19. error. ult. in fin.* Idem tradit Matth. Berlich *part. 1. conclus. 32. n. 52.* Verùm * si aliud impedimentum non adest, quod relationi deferentis heredi faciendae obstet, etiam in hoc casu relationem admittendam esse, propterea verius videtur, quod nusquam in jure constitutum reperiatur, quod ille, cui juramentum est delatum, ob moram aliquam admissam, jure & potestate juramentum referendi debeat privari. Unde nec interpretis esse censetur, hoc sine legis dispositione asserere. Vid. *Novell. 2. c. 3. §. cùm igitur. cap. 2. verb. cùm nusquam inveniatur cautum. X. ne sede vac. arg. l. 14. §. 14. de religios. & sumt. fun.* August. Barbos. *locupl. lib. 14. cap. 82. ax. 1. & 3.* Neque † hâc sententiâ admissâ, moram eidem prodesse dici potest. Cùm ipse priorem facultatem & potestatem jurandi vel referendi, quam eidem ob moram lex non ademit, tantùm retineat, nihil verò novi acquirat.

2.

3.

4.

XLII.

Ex dictis apparet, quid dicendum sit de eo, quod Matth. Berlich. *d. part. 1. conclus. 33. n. 53.* tradit, nimirum, si juramentum sibi delatum Reus Actori judicialiter retulerit, Actor verò, antequam sententia super factâ relatione concepta & publicata fuerit, diem suum obierit, quod tunc relatio juramenti locum non habeat, nec juramentum Actoris heredibus referri possit, sed is, cui est delatum juramentum, vel etiam eius heredes, illud praecisè praestare teneantur. Atque ita etiam judicatum esse ibidem *n. 54. & 55.* addit. Idque repetit *sequenti conclus. 53. num. 39.*

1. *Sententia Berlichii,*

Verùm * primum dubium, quod hic occurrit, est, quod à Berlichio dicatur, heredes eius, cui juramentum, scil. judiciale,

2. *quae examinatur.*

ciale, eſt delatum, illud, ſed de credulitate præſtare poſſe; cùm tamen deferens defuncti fidem, ſcientiam & conſcientiam elegerit, eidemque juramentum veritatis detulerit ſub hâc conditione, ſi ipſe illud præſtiterit; quod ipſum citra ipſius conſenſum mutari nequit. Vid. *l. 3. §. ult. π. de jurej. l. 12. pr. C. de R. Cred.* Bachov. *ad Tr. vol. 1. diſp. 21. th. 10 lit. G. in fin.* Beuſt. *in rubr. de jurej. n. 66.* Brunnem. *de Proceſ. Civil. cap. 23. n. 20.*

3. Borcholt. *de Jurej. cap. 7. n. 22.* Et * ſi heredes illius, cui juramentum fuit delatum, illud de credulitate præſtare poſſent, quid obſtaret, quominus etiam illius heredes, cui juramentum fuit relatum, idem poſſent?

4. Secundum dubium eſt, quod Berlichius *dd. ll.* ſcribat, dicto in caſu Relationem locum non habere, ſed Reum, cui

5. delatum, præcisè teneri juramentum præſtare. Verùm * quamvis heredes eius, cui juramentum fuit relatum, illud, licet velint, præſtare non poſſint, per ea, quæ jam ſunt dicta; Si ta-

6. men Reus * Actoris quoque heredibus illud referre vellet, & aliud impedimentum non adeſſet, ipſi, ſecundùm ea, quæ antea allata, illud recuſare poſſent vel minimè.

XLIII

1. Ulterius patet ex dictis, quod ſive juramentum referatur deferenti, ſive ejuſdem heredi, requiratur, ut ipſe facti ſive rei controverſæ notitiam habeat. Tulden. *in comment. Cod. tit. de R. C. n. 5.* ibi: *quia adverſarius nullam habet ſcientiam facti controverſi.* Ceterùm * ſi ille, qui juramentum obtulit, rei geſtæ ignarus ſit, eidem juramentum referri nequit *arg. l. 11. §. fin. l. 13. π. rer. amot. l. 34. pr. π. de jurej.* Setſer. *de Juram.*

Illi tantum referri poteſt juramentum, qui rei controverſæ notitiam habet.

2. *lib. 4. c. 3. n. 40.* Franzk. *in comm. π. tit. de jurej. n. 113.* Menoch. *de arbitr. judic. caſ. 189 n. 7. & ſeq.* Vid. Carpz. *I. F. part.*

3. *1. conſtit. 14. def. 10. & 11.* Hinc ſi injuriarum * actione conventus exciperet, ſe, quod injurioſum aſſeritur, non injuriandi animo dixiſſe vel feciſſe, & eidem deſuper ab Actore juramentum delatum eſſet; Reus hoc juramentum Actori referre, ut nimirum ipſe juraret, injuriandi animo illud factum vel dictum eſſe, haud poſſet; cùm Actor hoc ipſum nec ſciat, nec

4. certò ſcire poſſit. Ne itaque * veritas deliteſcat, Reus, ſi condemnari nolit, jurare debet. Vid. *theſ. ſeq. LXXIV.*

XLIV.

XLIV.

Illi, qui jusjurandum ex abundanti detulit, h. e. qui citra juramenti delationem ex Iudicialibus actis & instrumentis exploratam habet caussæ victoriam, juramentum referri non posse, tradit Anton. Faber *in Cod. tit. de R. Cr. def. 16.* scribens: Cur * enim jurandi necessitatem irrogemus ei, de cujus jure jam satis apparet; quippe fortassis nimiâ & superstitiosâ religione teneatur, ut, si sibi jurandum esset, caussâ cadere mallet, quàm jurare. Verùm * enimverò, si certò ex actis judicialibus constat, illud, super quo juramentum est delatum, verum, & deferentis intentionem fundatam esse; tunc nec ejusdem delatio à judice erit admittenda, & perjurio via aperienda. *arg. l. 2. C. de indict. viduit.* imprimis * cùm in hujusmodi casu juramentum malâ mente, & saltem eum in finem videatur delatum, ut adversarii conscientiæ & existimationi periculum faciat, eundemque in perjurium præcipitet. Si verò * dubium aliquod superesse posset, Relatio jurisjurandi non minus, quàm delatio admittenda esset; maximè * cùm ipsemet deferens, juramentum deferendo agnoverit, suam intentionem adhuc dubiam esse; ut proinde ipse jurisjurandi conditionem, quam elegit & detulit, sibi relatam recusare haud poterit. *arg. l. 34. §. 7. π. de jurej.*

An illi, qui juramentum ex abundanti detulit, illud referri possit? 1. 2. 3. 4. 5. 6.

XLV.

Non omnia autem juramenta referri possunt, sed illa tantùm, quæ in judicio, (latè hoc vocabulo accepto, ut etiam comprehendat ea, quæ aliàs in jure fieri dicuntur) a parte parti deferuntur; *cap. ult. X. de jurejur.* vid. *l. 8. & 9. C. de Reb. Cred. l. 34. §. 7. π. de Jurejur.* In his enim Iuramentis tantùm locum habent rationes suprà *thes. V. & VI.* adductæ. Unde * referri nequit Juramentum voluntarium sive conventionale, quod extra judicium, liberâ voluntate, per modum conventionis, inter partes offertur & suscipitur, *l. 17. pr. π. de jurejur.* Quando enim hoc * juramentum ab unâ parte offertur, in libero alterius est arbitrio, an illud recipere velit; nec à lege, nec à Magistratu ad illud suscipiendum compellitur. *arg. d. l. 17. π. de Jurej. junct. l. 5. C. de O. & A.* non obstant *l. 34. §. 6. l. 38. π. de Jurejur.* Borcholt. *de Jurej. c. 7. n. 1.* Beust. *ad rubr.*

1. *Quæ juramenta referri possint.* 2. *An voluntarium.* 3.

ad rubr. tit. de jurejur. n. 53. & 73. Setser. *de Juram. lib. 4. c. 1. n. 9. & cap. 6. n. 1.* Vnde ut sese per eiusdem relationem à necessitate suscipiendi illud & præstandi liberet, opus haut habet. vid. *l. 34. §. 6. & 7. π. de jurejur. l. 9. C. de Reb. Cred.* Et
4. quamvis ille,* cui juramentum voluntarium est oblatum, illud recusare, & suo adversario simile juramentum offerre, illaque oblatio etiam Relatio in latâ significatione dici possit; differt tamen ipsa ab hâc nostrâ toto cœlo, ita ut cum eâ nihil ferè commune habeat. Illa enim meri facti est, nullumque juris effectum post se relinquit; hæc nostra verò est juris; jure scil. introducta, & egregios juris effectus post sese relinquit. Vid. *praced. thes. 5. & 6.* item *88. seqq.* Franzk. *in*
5. *Comment. π. tit. de Juretur. n. 110.* Si verò quis* Iuramentum voluntarium oblatum suscepit, quamvis tunc illud præstare teneatur; ab eâ tamen necessitate juramentum susceptum præstandi, per eiusdem relationem se liberare, & adversarium invitum ad illud præstandum compellere nequit. *arg. l. 5. C. de O.*
6. *& A. junct. d. l. 17. pr. π. de jurej.* Et si * adversarius in illius relationem consentiret, atque sic relatum susciperet, ille ab obligatione juramentum susceptum præstandi quidem liberaretur, & alter ad illud præstandum obligaretur, verùm non per relationem, sed per novam conventionem; quod secus est in Iuramenti judicialis relatione.

XLVI.

1. *An juramenta legalia.* Ex dictis suâ quoq; sponte sequitur, quod ad nostram Relationem etiam non pertineant juramenta, quæ non à parte parti deferuntur, sed à lege à certis personis, plerumque ob publicam utilitatem, exiguntur. Vnde nemo à necessitate illa præstan-
2. di sese per illorum relationem liberare potest. Cessant enim in hisce quoque juramentis rationes nostræ Relationis, suprà
3. *thes. 5. & 6.* adductæ. Hinc * absurda esset relatio juramenti Subjectionis seu Homagii, Fidelitatis seu Vasallagii: Item Tutorum & Curatorum ac similium. Vide Carpzov. *de Proceß. tit. 12. art. 2. n. 91. & 92.* ibi: *quo ipso juramenta legalia excluduntur.*

XLVII.

1. *An juramenta à Iudice delata;* Idem dicendum de Iuramentis, quæ non à parte parti, sed à Iudice, ob singularem caussam, deferuntur. Cessant enim

enim in his quoque nostræ Relationis caussæ. Unde referri nequit Iuramentum Necessarium † sive suppletorium, quod Iudex parti defert ad imperfectam intentionis probationem confirmandam & supplendam. Iudici † quod hoc referri non possit, in hoc consentiunt omnes; quippe à quo, ut ipse suo juramento imperfectas partis probationes suppleat, sanâ ratione peti nequit. Illius enim † officium est, secundum acta & probata judicare; non verò, in caussâ ab ipso decidendâ testimonium dicere. *can. nullus. 4. q. 4.*

2. *v. gr. Necessarium.* 3. 4.

Et quamvis sint, qui existiment, etiam hoc juramentum, ab eo, cui delatum, per relationem in adversarium rejici posse: *arg. l. 12. §. 1. C. de Reb. Cr.* Loriot. *in l. 2. π. de Jurejur. n. 3.* Contraria tamen sententia † uti communior, & in praxi quoque observatur, vide Berlich. *p. 1. conclus. 32. n. 45.* Carpzov. *J. F. part. 1. constit. 14. def. 7. & tr. de Process. tit. 12. art. 2. n. 87. & seq.* ubi *in fin.* sequens legitur Responsum: Würde Kläger gethane Aussage mit einem leiblichen Eyd bestärcken/ und also in supplementum schweren / inmassen ihme zuthun gebühret. So erscheinet daraus so viel / daß er das jenige / so ihm zubeweisen obgelegen / zur Nothdurfft erwisen / und beygebracht / derowegen rc. und hat diß Falls die Eydes-Relatio nicht statt / V. R. W. ita de jure †. quoque est verior; quod ipsum etiam ipsa verbi *referre* significatio confirmat. Refertur enim unde illatum est. Et qui juramentum non detulit, illi juramentum referri nequit, *arg. l. 34 §. 7. π. de jurejur.* vid. *praeced. thes. 2.* Facit huc etiam text. *cap. ult. X. de Jurejur.* Ad † *d. l. 12. §. 1. C. de R. Cr.* respondet Bachov. *in not. ad Treutl. vol 1 disp. 21. thes. 10. lit. D.* Arnold. Vinn. *lib. 1. select. quaest. 43. in fin.*

5. 6. 7. 8.

XLVIII.

Idem, ex eâdem ratione, dicendum de Iuramento Purgatorio, à judice parti ad removendas suspiciones contra illum pugnantes delato. Setser. *lib. 3. cap. 11. num. 8.* Berlich. *d. conclus. 52. n. 45.* Carpzov. *d. tit. 12. art. 3. n. 65. & seq. & d. defin. 7.* ubi Scabini † Lipsienses responderunt: Ist euch in Sachen Conrad Griesen / Klägern an einem / und euch Beklagten andern theils / das juramentum purgatorium auferlegt worden; Ob ihr nunwohl Klägern solches zu referiren gemeinet / dieweil

1. *Purgatorium.* 2.

aber dennoch die relatio juramenti allein in dem Fall statt hat/ wann ein Part dem andern den Eyd deferirt / dieselbe aber ad juramenta necessaria und purgatoria keines Wegs zuziehen/ &c. So mag auch obgedachtes juramentum purgatorium Klägern von euch beständiger Weise nicht referirt werden/ V. R. W.

XLIX.

1. *Iuramentum in litem,* Ex dictis ulterius infertur, ad nostram Relationem etiam non pertinere juramentum in litem; quod etiam à Iudice defertur, *l. 4. §. 1. de in lit. jurand.* nec ab illo, † cui delatum,
2. necessariò est suscipiendum. *l. 4. pr. in f. π. l. 2. C. de in lit. jur. l. 71. de R. Vind.* ita ut hic quoque nostræ Relationis caussæ cessent.

L.

Zenonianum, Idem dicendum de Iuramento Zenoniano, de quo in *l. 9. C. unde vi.* ob easdem rationes.

LI.

ob inventariũ non confectum heredi, vel similibus, delatum, Iuramentum, quod ob Inventarium non confectum alicui defertur, ab eo referri non posse docet Berlich. *d. concl. 32. n. 46.* Carpz. *J. F. part. 1. constit. 14. def. 8.*

LII.

1. *An juramentum Calumniæ.* Porrò ad nostram Relationem non pertinet Juramentum calumniæ; quod leges ob publicam utilitatem exigunt, vid. *l. 2. pr. & §. 4. C. de jurei. propt. Calumn.* Obrecht. *tr. de Juram. Calumn. c. 11. n. 5.* & judex, vel ad petitionem partis,
2. vel ex officio injungit. R. A. *de Anno 1654. §. über dises. 43.* ita ut † illud à parte ritè petitum, vel à judice injunctum, sine processus nullitate omitti, aut remitti non possit; Gail. *1. obs. 84. n. 1.* Umm. *disp. 12. de processu thes. 9. n. 46.* Blum. *de Process. Cam. tit. 72. n. 4. & 16.* Obrecht. *d. tr. c. 11. n. 5. & seq.* &
3. † per consequens, nec ille, à quo petitum, vel cui injunctum, per eiusdem relationem, ab illo præstando liberetur. Hoc enim juramentum semel ritè petitum non dependet à litigantium arbitrio. *d. l. 2. pr. & §. 4. C. de jurejur. propt. calumn.*
4. Et quamvis † jure Canonico, & hodierno, tacitè omitti possit: *c. 1. §. 1. de juram. calumn.* Si tamen à parte legitimè fuerit petitum, aut ex officio à judice injunctum, ille, à quo petitum, vel

cui

cui injunctum, à necessitate illud præstandi, nec per remissionem, nec per relationem, nec alio modo liberari potest. *Dd suprà cit. dd. ll.* Fit † quidem, ut ille, à quo adversarius hoc juramentum petiit, illud vicissim à suo adversario petat, eidemque hoc juramentum deferat: verùm hæc propriè non est juramenti delatio & relatio, sed mutua potius eiusdem petitio Ultimus † enim adversario suo, qui primùm juramentum calumniæ petiit, non refert juramentum sibi delatum, ut ipse ab eo præstando liberetur, uti fit in nostrâ Relatione, sed petit, ut alter quoque idem præstet. Vid. Vult. *tr. de judic. lib. 3. cap. 2. n. 68.* 5. 6.

LIII.

1. *An juramentũ malitiæ.* Idem dicendum de Iuramento malitiæ, sive calumniæ speciali, quod Iudex, vel ex officio, vel ad petitionem partis, certis incasibus injungit. vid. *l. 34. §. 4. π. de jurej. cap. 2. §. fin. de juram. calumn. in 6.* Obrecht. *tr. de Jur. calumn. cap. 4. n. 1. & seq.* Carpzov. *de Proceß. tit. 12. art. 1.* Referri † autem etiam propterea nequit, quia eum in finem petitur & injungitur, ut quis juret, se hoc vel illud non calumniandi animo, & non malitiosè proposuisse, Daß er solches nicht auß Gefährde oder böser Meinung gethan. *O. Cam part. 1. tit. 74.* quod cùm in illius animo consistat, & adversarius de eo certam notitiam habere nequeat; proinde hoc juramentum in adversarium per Relationem rejicere nequit. Vid. Berlich. *part. 1. conclus. 32. n. 46. in fin.* ubi † idem tradit de juramento, quod quis adversario detulit super editione instrumenti. 2. 3.

LIV.

1. *Refertur juramentum Iudiciale ante DELATUM.* Ut autem juramentum judiciale referri possit, requiritur, ut prius sit delatum; quod ipsum indicat propria vocis Relatio & referre significatio; vid. *l. 94. π. de V. S.* & probat *l. 34 §. 7. π. de jurejur.* Quamvis † autem alias in jure nostro paria sint, non fieri, & fieri quidem, sed perperam, *l. 2. π. de auct. tut.* & per consequens dicendum videatur, quod si jurisjurandi delatio non valeat, & eum, cui delatum non adstringat vel ad jurandum, vel ad solvendum, vel ad referendum; nec relatio subsistat. *arg. d. l. 34. §. 6. & 7. π. de jurejur.* Putat tamen † Antonius Faber, licet jurisjurandi delatio in tan- 2. *Si delatio non valet, an relatio locum habeat.*

 tum

tum non valeat, ut eum, cui fuit delatum, vel ad jurandum, vel ad solvendum, vel ad referendum adstringat, sed ipse juramentum sibi delatum recusare possit; quod tamen deferens, etiam in eiusmodi casu, si eidem jusjurandum relatum fuerit, illud præstare teneatur, nec illud ullo prætextû recusare possit. Fab. *in Cod. tit. de R. C. def.* ubi ita in Senatu Sabaud. ju-
4. dicatum esse refert. Quæ † sententia omninò admittenda videtur in eo casu, quo jurisjurandi delatio non tenet, & adversarium non adstringit ob ejusmodi caussam, quæ favorem & conditionem eius, cui delatum, respicit: v. gr. Si Tutori vel Curatori, in caussâ Pupilli vel Minoris, aut Procuratori in causâ, quam administrat, (modo referendi potestatem habeat,
5. vid. *praced. thes.* . .) juramentum sit delatum. Cum † enim in eiusmodi casu, illi, quibus jusjurandum delatum, favori suo renunciare, & delationem pro validâ agnoscere, atque cum effectu jurare possint; *l. 9. §. 6. π. de jurejur.* vid. *l. 14. C. de Pro-*
6. *curat. l. pen. C. de pact.* nihil obstare videtur, quominus ipsi eiusmodi delationem, etiam quoad alterum effectum, & ut eiusdem Relatio quoque teneat, pro validâ agnoscere possint, ita ut nec adversarius, cui juramentum relatum, excipere valeat, se non jure & perperam juramentum detulisse; *arg. d. l. 9. §. 6.*
7. *π. de jurejur. l. 30. C. de transact.* Neque † deferens propter hanc Relationem de injuria queri potest; cùm ipse in huiusmodi casu, juramentum detulerit, ac propterea, eidem, via, quam ipse elegit, displicere non debeat; *d. l. 34. §. 7. π. de Ju-*
8. *rejur.* Hinc si Reus † furti actione, vel alio ex delicto conventus, super proprio suo facto Actori jusjurandum deferret, & Actor juramentum recusare posset; *arg. l. 11. §. 2. π. rer. a-*
9. *mot.* valida † tamen esset ejusdem relatio, ab huiusmodi Actore facta; modo aliud non subesset, quod relationem im-
10. pediret. Cæterùm, † si alia caussa delationem ita invalidam redderet, ut adversarius, nec si vellet, illam pro validâ agnoscere, & cum effectu jurare posset; verb. gr. si in causâ matrimoniali contra matrimonium juramentum delatum esset;
11. tunc aliud dicendum foret: Ita † ut si, v. gr. in huiusmodi causâ matrimoniali Reo promissionem matrimonii neganti, ab Actore juramentum delatum esset, & ipse Reus ab Actore promissionem matrimonii affirmante, juramentum peteret:

hæc

hæc Rei Relatio, in rei veritate, & quoad juris effectum, non Relatio, sed prima delatio esset. vid. *seq. thes.88.*

LV.

Præterea, ut juramentum Iudiciale delatum referri possit, requiritur, ut illud ab eo, cui delatum est, nondum sit susceptum. *arg. l.17. π. de jurej. l.5. C. de Obl. & Act.* Franzk. *in Comm. π. tit. de jurejur. n.93.* Brunnem. *ad l.5. §.f. n.11. π. h. t.* Carpzov. *part.1. c.14. def.3. & tr. de Proceß. tit.11. art.4. num.9. & seq.* vid. *praced. thes.* . . *Diß.* Setser. *de jurejur. lib.4. c.6. n.28.* ibi: *ita & susceptum semel, iterum referri potest.* Cæterùm, † si nec recusatum, nec susceptum, sed tantùm spatium deliberandi & inquirendi fuerit petitum, vid. *l.34. pr. π. de jurejur.* huiusmodi impetrata deliberatio relationem per se haud impedit. 1. *An juramentum semel susceptum referri possit.* 2.

LVI.

Eo ipso verò, quo dicitur, quod delatum & nondum susceptum jusjurandum referri possit: simul excluditur juramentum Relatum; quod ab eo, cui fuit relatum, ulterius referri nequit, ne scil. detur † progressus & circuitus in infinitum. Anton. Fab. *ad l.34. princ. π. de jurejur. ad verb. nec de injuriâ queri adversarius potest.* Vid. *seq. thes.* 1. *An juramentum relatum iterum referri possit.* 2.

LVII.

Iuramentum judiciale delatum, & nondum susceptum referri potest, in omnibus caussis, in quibus jure est delatum, quæq; in jure non excipiuntur, necob singularem rationem hanc juramenti relationem respuunt. *arg. l.34. pr. & §.7. l.38. π. de jurej. l.9. C. de R.C. c. ult. X. de Jurej.* ubi exceptio † additur sequentibus verbis: nec licet convento famosâ actione referre hujusmodi jusjurandum. De hâc exceptione † *l.* notandum, quod illa confirmet præcedentem regulam: Iuramentum scil. à parte parti in judicio delatum regulariter in omnibus causis, & actionibus referri posse. Exceptio enim confirmat regulam in causis non exceptis. *per vulgat.* 1. *In quibus caussis & actionibus Iuramenti relatio locum habeat. Regula.* 2. *Ejusdem exceptio.* 3.

LVIII.

II. Observandum, quod *in d. c. ult.* relatio juramenti à parte parti in judicio delati, in actionibus famosis, non ab- 1. *De actionibus famosis.*

 solutè

solutè & generaliter rejiciatur; sed tantùm, Reo, actione famosâ convento, huiusmodi juramentum referre non licere, à Pontifice rescribatur. Unde † si Reus famosâ actione
2. conventus, Actori juramentum judiciale deferret; (hoc enim permissum † & licitum esse, colligi potest ex *l. 3. §. 1. l. 9. §. 2.*
3. *l. 28. 5. & 9. l. 37. §. 7. π. de jurejur. l. 5. §. 8. l. 11. §. 1. de injur.* & probat quoque Bachov. *in Comment. ad prim. part. Digest. tit. de his qui not. infam. pag. 769.* Borcholt. *tr. de jurejur. cap. 7. n. 14. in fin.* ibi: *namque qui furti agit, jusjurandum deferri potest, ut juret, sibi factum esse*) quin Actor hoc juramentum Reo referre posset, nullum subest dubium; cùm nec legis dispositio, nec eiusdem ratio, hoc impediat. Quod ipsum etiam confirmat exceptio *in d. c. ult.* de Reo tantùm concepta. Setser. *de jurament. lib. 4. cap. 6. n. 11.* ibi: *Nam ei, qui furti agit, quin possit jusjurandum deferri, non est dubium, l. 28. §. ult. π. de jurejur.*

LIX.

1. *III.* Communis est Dd. sententia, quod Pontifex hanc exceptionem desumserit ex jure civili, & quidem ex *l. 11. §.*
2. *ult. l. 12. & l. 13. π. rer. amot.* ubi † JCti, Ulpianus scil. & Paulus respondent: Si quis (turpi, rerum scil. amotarum actione conventus, vid. Bachov. *ad tit. de his qui not. infam. cap. 1. num. 2.* ibi: *fieri necesse est, ut damnata mulier rerum amotarum, aliquâ saltim maculâ aspergatur*) delatum sibi juramentum referre velit, non videtur Prætor permisisse. Non magis quàm si quis ei, qui furti agat, jusjurandum deferat (h. e. referat. Nam etiam qui refert, in latâ significatione defert. Anton. Fab. *decad. 19. error. pragm. 8. & ad l. 24. π. de jurejur.* Setser. *de juram. lib. 4. cap. 6. num. 11. gloss. ad d. l. 12.*) an ipse fur sit. Ideo Labeo scribit, mulieri non esse permittendum, referre jusjurandum, & ita edictum ordi-
3. natum videtur. Licet † enim actio rerum amotarum famosa non sit: *l. 2. π. rer. amot.* quia tamen ex delicto, furto scil. dicitur nasci, *l. 21. §. 5. l. 29. π. rer. amot.* illâ condemnati, re ipsâ & opinione hominum non effugiunt infamiæ notam; *arg. l. 2. π. de obs. parent.* proinde hîc famosis comparatur; & quod hîc de actione rerum amotarum traditur, illud multò magis

magis dicendum de actionibus verè famosis, quas juris infamia comitatur.

LX.

Hanc autem exceptionem Dd. non uno eodemque modo intelligunt; unde eandem variè explicant, restringunt atque extendunt. 1. Tota autem † huius rei disputatio dependet ab huius exceptionis, & *dd. ll.* ratione & caussâ; de quâ variæ sunt Dd. opiniones. 2. Cùm † autem quæstio de hâc exceptione & eius intellectu in foro sit frequens; proinde eandem ut hîc, quantum temporis ratio permittit, examinemus, operæ pretium videtur. 3. Primò † autem reperiuntur, qui in indagandâ ratione *l. 11. §. f. & ll. seq. rer. amot.* in solâ Prætoris voluntate acquiescunt. 4. Sic enim scribit Ioh. Borcholt: Ratio vera petenda est ex *d. l. Marcellus. §. fin. & l. ideo. rer. amot. Ideò,* inquit Ulpianus, *in actione rerum amotarum,* jusjurandum *delatum referri non potest, quia Prætor non videtur hoc permisisse, d. l. 11. in fin.* Sic idem Ulpianus inquit: *Mulieri non est permittendum referre* jusjurandum, *quia ita edictum ordinatum videtur. d. l. 13. His verbis, quia Prætor hoc non videtur permisisse;* item his verbis: *ita edictum ordinatum videtur, ostendit JCtus, veram rationem & caussam, quare cùm de rebus amotis aut furti agitur, & jusjurandum defertur, referri illud non possit. Ratio & causa hac est, quia Prætor non permisit* jusjurandum *referre. Ut hac ratio rectius intelligatur, sciendum est moribus receptum esse, quod in actionibus descendentibus ex contractibus vel quasi jusjurandum deferri possit. l. 1. π. de* jurejur. *In actionibus descendentibus ex maleficio, qualis est actio furti, rerum amotarum, usu aut moribus non est receptum, quòd* jusjurandum *deferri possit, sed nominatim lege aut edicto permissum fuit* jusjurandum *deferre. At lex qua permisit de furto pacisci, &* jusjurandum *in actione furti aut rerum amotarum deferre, ea lex non permisit* jusjurandum *in illa actione, aut rerum amotarum delatum, referre. Et propterea in actione furti aut rerum amotarum referri non potest. Hoc, cùm omissum sit à lege, pro omisso quoque habemus.* Hæc Borcholt. *tr. de Jurejur. cap. 7. num. 15. & seq.* quem sequitur Matth. Berlich. *p. 1. concl. 32. n. 50.*

De præmissæ Exceptionis causa atque ratione. Sententia Borcholti & Berlichij.

LXI.

Verùm hîc *l.* notandum, quòd *in dd. ll.* non simpliciter & 1.

Quæ examinatur.

& generaliter dicatur, in actione furti, & rerum amotarum, juramentum delatum referri non posse; sed hoc saltem, quod Reis, dictis actionibus conventis, juramentum ipsis delatum referre, non sit permissum. Unde † etiam in hisce actionibus ex de-
2. licto venientibus, quin Actoribus juramentum ipsis delatum referre liceat, nullum est dubium; uti in præcedentibus quoque ostensum. Quo † ipsô, sententia Borcholti, existimantis,
3. in actionibus ex delicto venientibus juramenti relationem permissam non esse, pro parte, suâ sponte corruit.

LXII.

II. Observandum, quod in eô quoque Borcholt princi-
1. pium petat, dum dicit, moribus juramenti delationem tantùm receptam in actionibus ex contractibus & quasi contractibus, sed non ex delicto, seu maleficio venientibus; atque in hisce nominatim lege vel edicto permissum fuisse juramentum de-
2. ferre, sed non delatum referre. Nam † ab initio tantum in actionibus ex contractibus provenientibus delationem juramenti receptam fuisse, & postea demum nominatim in actionibus ex maleficio delationem tantùm permissam esse, neque ex *d. l. 1. π. de jurejur.* nec aliunde probatur. Quâcunque a-
3. ctione † quis conveniatur, inquit Ulpianus, si juraverit, proficiet ei jusjurandum, sive in personam, sive in rem, sive in factum, sive pœnali actione, vel quâvis aliâ agatur. *l. 3. §. 2. π.*
4. *de Jurejur.* & alio in loco: *Jusjurandum † & ad pecunias & ad omnes res locum habet. Nec de injuriâ queri adversarius potest, cùm possit jusjurandum referre. l. 34. pr. π. de jurejur.* quod repetit in *seq. §. 7.* hisce verbis: *Datur autem & alia facultas reo, ut, si malit, referat jusjurandum, & si is, qui petet, conditione jurisjurandi non utetur: judicium ei prætor non dabit; cùm non deberet displicere conditio jurisjurandi ei, qui detulerit: sed nec jusjurandum de calumniâ referenti defertur: quia non est ferendus actor, si conditionis, quam ipse detulit, de calumniâ velit sibi jura-*
5. *ri.* Vid. *thes. V. & VI.* Ex hisce † textibus apertè constat, delationem Iuramenti, æquè in actionibus ex delicto descendentibus, ac ex contractu venientibus, permissam. Vid. Bachov. *ad τὰ πρῶτα tit. de his qui not. infam. cap. 2. p. 769.* & regula-
6. riter † etiam reis, quibus juramentum delatum, facultatem referendi datam esse; ita ut in hoc vel illo actionum genere,

ad

ad hoc, ut juramentum delatum referri possit, speciali legis permissione opus non sit; sed sufficiat, si actio à prædictâ regulâ non reperiatur excepta. Unde † rectè dicitur in *d. l. 11. §. fin. & ll. seqq.* proponi exceptiones à prædicta regulâ ab ipsô Ulpiano traditâ. Setser. *de juram. lib. 4. cap. 6. n 12.* 7.

LXIII.

1. Quæ autem sit ratio, ob quam Prætores & ICti à dictâ regulâ juramenti relationem permittente, reos actione furti & rerum amotarum conventos exceperint, iisdemque contra dictam regulam, facultatem juramentum delatum referendi denegandam putaverint, hîc omninò indagandum venit. Sententia † enim legum optimè investigari & judicari potest ex illarum ratione. Franzk. *in comment. π tit. de legib. n. 19. & 33. seq.* Neque credendum † est, sine singulari, justâ ac probabili caussâ dictos Reos à regulâ exceptos fuisse. Vid. Umm. *de Proceß. disp. 14. thes. 9. n. 48. in fin. ibi: Quare autem id nolit, ulterius inquirunt.*

Dictæ Exceptionis causa s. ratio necessariò investiganda. 2. 3.

LXIV.

1. Rationem & caussam dictarum exceptionum Dd. communiter hanc assignant: quia in illis judiciis, de furto & rebus amotis, Actores juramentum deferentes, fundamentum intentionis, furtum scil. & rerum amotionem, tanquam factum alienum, probabiliter ignorant; Rei verò illud cum omnibus suis circumstantiis aut unicè, aut Actore melius sciunt. Bartol. *ad l. 34. §. ait prætor. π. de Jurejur. n. 1.* Ioh. Brunnem. *ad d. l. 11. π. rer. amot.* Umm. *disp. 14. thes. 9. n. 48.* Donell. Enucl. *lib. 24. cap. 21. lit. P.* ibi: *tres caussæ exceptæ, quibus referri nequit 1. si de admisso eius, qui refert, agitur l. 11. §. fin. & ll. seq. rer. amot. Quia agitur de facto eius, cui delatum est, quod nemo melius scit quàm ipse, nec alii item scire possunt.* Contra † hanc rationem disputat Berlich. *part. 1. conclus. 32. num. 50.* & Ioh. Borcholt. *d. cap. 7. n. 14.* ubi dictæ rationi reponit, quod, si illa vera *dd. ll.* esset ratio, ob eandem quoque dicendum, in huiusmodi, furti sc. & rerum amotarum Iudiciis, nec Reum Actori juramentum deferre posse; cuius contrarium tamen probat *l. 28. §. pen. π. de jurejur.* quod & nos suprà quoque demonstravimus. Verùm † qui priorem sententiam defendunt, huic dubio respondere possunt, quod hîc à denegatâ potestate referen- 2. 3.

Sententia Dd. communis, de dict. exceptionis causa sive ratione.

di, ad denegandam facultatem deferendi, consequentia pro-
4. pterea non procedat, quod Relatio † à Reo facta plus oneret Actorem, quàm juramenti Delatio; Actor enim Iuramentum sibi delatum etiam in hisce judiciis Reo referre potest, vid. *praeced. thes. 61.* sed non relatum, quod praecisè praestare tenetur, nisi causâ cadere velit. vid. *thes.* .. unde etiam Umm. *d. n. 48.* scribit: Neque obstat *l. 28 §. ult.* (est pen.) Nam ut ipse Borcholt agnoscit, non de juramento relato, sed delato agit.

LXV.

1. Qui dictam sententiam & rationem à scientiâ Rei, & ignorantiâ Actoris desumtam agnoscunt, inferunt exinde, quod, si in illis judiciis, furti nimirum & rerum amotarum, aut aliorum delictorum à Reo, commissorum, Actor veritatem delicti aequè ac Reus compertam habet, etiam Reus Actori
2. juramentum referre possit: v. gr. Si Actor † in libello poneret, se rerum contrectationem à Reo factam vidisse, se praesentem hâc vel illâ verbali vel reali injuriâ affectum esse; Reum hanc vel illam rem, se praesente, rapuisse, &c. in hisce & similibus causis, etiam Reo facultatem juramentum delatum Actori referendi concedunt Bartol. & Salicet. *ad l. 34. §. ait Praetor. π. de jurejur.* Donell. *d. cap. 21. lit. P.* ibi: *& quid ni injuriarum conventus delatum jusjurandum rectè referat, ubi tam Actor scire potest, an injuria facta sit, quam Reus.* Brunnem. *ad d. l. 11.* Un-
3. de etiam † praelaudati Dd. & qui illos sequuntur, negant, ICtos *in ll. 11. 12. & 13. rer. amot.* illarum actionum qualitatem, quod scil. turpes vel famosae sint, respexisse, sed solam Rei scientiae, & Actoris ignorantiae rationem habuisse; simulque addunt, solam actionis qualitatem, quod turpis vel famosa sit, nec in Reo juramenti relationem impedire; & Pontificis rescriptum *in cap. ult. X. de jurejur.* quo dicitur, famosâ actione convento, juramenti delati relationem non permissam esse, ex malè intellectis juris civilis legibus, *d. scil. l. 11. §. 1. l. 12. & l. 13.* provenisse. Vid. Donell. *d. cap. 21. lit. P.* ibi: *Malè in cap. ult &c.* Salicet. *d. l.*

LXVI.

Aliorum Ratio. Sunt tamen alii, qui in *dd. ll.* & in illis judiciis, Reis delinquentibus facultatem juramentum ipsis delatum referendi, in illorum odium denegatam & non permissam esse putant.

Accurs.

Accurs. *ad d. l. 11. §. fin. π. rer. amot.* ibi : *& est speciale odio delinquentis.* Petrus Loriot. *ad l. 1. π de jurejur. n. 3.* ibi: *Reus enim, si famosâ actione non conveniatur, juramentum, nisi conventionale esset, & extra judicium delatum, deferenti referre potest,* Bocer. huius Universitatis Antecessor meritissimus *Class. 6. disp. 18. thes. 56. lit. c. & d.* ibi : *idque deferenti referri potest, nisi caussa sit famosa, aut rerum amotarum actio. cap. ult. X. de jurejur. l. 11. §. fin. l. 12. l. 13. π. rer. amot.*

LXVII.

Pro hâc sententiâ sequentia facere videntur : (1.) Quod in judiciis turpibus & famosis, in quibus scil. condemnatos juris vel facti sequitur infamia, non tantùm de interesse pecuniario agatur, sed etiam de Rei existimatione & famâ, summo temporali hominis bono. (2.) Quod † Reus, veritatem caussæ de quâ in huiusmodi judiciis agitur, tanquam facti proprii, optimè & liquidissimè sciat. (3.) Quod † ipse Reus juramento delato testis & Judex in hâc suâ caussâ propriâ sit constitutus, ita ut, si facti incusati innocens existit, & bonam fovet caussam, id juramento adseverans, sese statim ab illo famæ & fortunæ suæ periculo liberare possit. Vnde (4.) si hoc † remedio & beneficio, ad famæ & existimationis suæ periculum evitandum, uti recusat, sed cardinem huius rei gravissimæ solius Actoris testimonio committere desiderat, ipse delicti commissi conscientiâ hoc facere præsumitur, & facultate juramentum referendi ex juris benignitate & in favorem concessâ, haud immeritò indignus censetur. Atque huic sententiæ (5.) ipsa † quoque verba *l. 11. §. fin. & ll. seq. π. rer. amot.* favere videntur ; quippe quæ non ad Actorem diriguntur ; neque ibidem dicitur, quod Actor juramentum relatum præstare non cogatur ; uti fieri solet, si ob ignorantiam quis à necessitate jurisjurandi absolvitur. *l. 11. §. 2. π. d. t.* Sed verba † ibidem diriguntur ad Reum, & illi facultatem juramentum referendi non concedendam, sive non permittendam esse dicitur. *l. 13. π. d. t.* ubi respondet Vlpianus ICtus ; *Ideo Labeo scribit : mulieri non esse permittendum, referre jusjurandum, & ita edictum ordinatum videtur :* quod scil. Reo rerum amotarum actione convento, non sit permittendum, jusjurandum delatum re-

[Margin: 1. Quæ probatur. 2. 3. 4. 5. 6.]

ferre; idque sine omni distinctione, limitatione aut restrictio-
7. ne additâ Ex quo † ipso perspicuè satis apparet. ICtos in *dd. ll.* non ad Actoris favorem & ignorantiam, sed ad odium
8. Rei potius respexisse. Vt proinde † non sine ratione & caussâ Pontifex *in c. ult. princ. X. de Iureiur.* rescripsisse videatur: Nec liceat convento famosâ actione, referre hujusmodi juramentum.
9. Neque peccaverit, † si quis in loco, ubi aliud consuetudine non est receptum, secundum huius capituli tenorem responderit & judicaverit; maximè cum passim
10. à Dd. dicatur, quod † etiam in terris Imperii, in materiâ Iuramentorum, ad jus Canonicum magis, quàm ad jus civile sit
11. respiciendum; & ubi quæstio † jure Civili sit dubia atque controversa, in jure Canonico verò expressè decisa, hoc in terris quoque Imperii sit observandum. Rittershus. *de different. Iur. Civ. & Can. in Proœm.* Brandmuller. *de different. Iur. Civ. & Can. Introduct. cap. 5. sub fin.*

LXVIII.

1. Neque huic ultimæ sententiæ refragatur, quod secundum ea, quæ supra sunt tradita, etiam in hisce turpibus & famosis Iudiciis, Reus Actori, si scil. aliud impedimentum non
2. subest, juramentum deferre possit. Nam † ultimâ hâc sententiâ admissâ, adhuc manet delationis & relationis ratio diver-
3. sa. Majorem † enim delicti, & malæ conscientiæ suspicionem incurrit, qui juramentum in huiusmodi causâ sibi delatum, tanquam expeditissimum remedium turpis & famosi judicii discrimen evadendi, non amplectitur, sed huiusmodi caussam
4. adversarii testimonio committere desiderat, quàm ille, † cui hoc remedium nondum est delatum, quique, juramenti delatione, tacitè sese offert, non tantùm ad juramentum calumniæ, sed etiam ad juramentum principale in principali caussâ præstandum, si illud fuerit relatum. *arg. l. 34. §. 7. π. de jurejur.*
5. ut † proinde delatio juramenti à Reo in huiusmodi caussâ facta, ipsum malâ suspicione liberet magis, quàm oneret. Vid. omninò Bachov. *in Comment. ad τὰ πρῶτα tit. de his, qui not. inf. pag 769.* ibi: *atqui non est mens deferentis juramentum, qui magis caussâ suâ fretus, non sperans adversarium juraturum, præsumetur deferre juramentum.*

LXIX.

LXIX.

Admissâ & positâ hâc ultimâ sententiâ, idem dicendum de actione injuriarum recantatoriâ, & condictione furtivâ; quæ * licet non famosæ, turpes tamen sunt, & famam atque existimationem condemnatorum gravant, perinde ut actio rerum amotarum. Vide Bachov. *d. tit. c. 1, n. 2.* Anton. Fabrum *ad l. 34. §. 8. π. de jurejur. vers. ergò nec in condictione furtiva.* Neque * aliud dicendum, licet de delicto, cuius nomine agitur, cum Reo, æqualem Actor haberet notitiam & scientiam; adhuc enim ratio suprà allata, & generalitas textuum allegatorum obstaret. 1. *De actione injuriarum recantatoria, & condictione furtiva.* 2. 3.

LXX.

Antonius Faber excipit omnes actiones ex delicto venientes, docens, in illis relationem jurisjurandi admittendam non esse: *in rational. ad l. 34. §. datur autem. π. de jurejur vers. Excipiendæ tamen sunt actiones ex delicto venientes.* Verùm * contrarium, etiam in hisce actionibus, Actoribus facultatem referendi competere, in præcedentibus demonstravimus. Præterea, si * actio ex delicto veniens turpis non esset, neque ex illâ damnati famam apud honestos viros oneraret, qualis est actio, L. Aquil ob culpam maximè levem vel levissimam instituta; quin tunc etiam Reo competat potestas jusjurandum referendi, nullum legitimum dubium subesse videtur. *arg. l. 34. § 7. π. de jurejur. cap. ult. X. eodem. arg. l. 11. §. ult. & ll. seq. π. rer. amot.* 1. *De actionibus ex delicto venientibus.* 2. 3. 4.

LXXI.

De facto non turpi, Rei tamen proprio, si eidem juramentum delatum fuerit, an illud Actori referri possit, non uno modo respondent Dd. uti videre est apud Carpzov. *J. For. part. 1. constit. 14 defin. 10. & 11.* & alios. Majoris declarationis & perspicuitatis * gratiâ videndum (1.) an juramentum delatum sit super facto proprio eius, cui delatum; an (2.) super facto deferentis proprio; an (3.) super facto utrique communi; & (4.) an super facto tertii & planè alieno. 1. *Iuramentum de facto proprio delatum, an referri possit.* 2.

LXXII.

De priori casu, si scil. juramentum est delatum super proprio facto eius, cui fuit delatum, scribit post alios Dd. Carpzovius: *Juramentum Reo, super facto eius proprio delatum referri nequit;* 1. *De proprio facto ejus, cui delatum, Sententia.*

quorundam Dd. *nequit; idque sive eiusdem conscientia tantum, sive etiam eius scientia sit commissum; quia nemo de facto Rei, quàm ipsemet, exactiorem notitiam seu scientiam habere potest. J. F. part. 1. constit. 14.*
2. *def. 10. & 11.* ubi ICtos Lipsienses ita respondisse refert, *sequ. verbis:* P. P. So ist er darauf sein Gewissen / weilen beyde bemelte puncta ihm allein am besten bewußt / und sein eigen Thun betreffen / zueröffnen / oder dasselbige mit Beweiß zuvertretten / schuldig; und mag der deferirte Eyd / nach gestalt dieser Sachen / von ihme euch nicht widerumb referirt / noch heimgeschoben werden. V. R. W. Idem tradit * Ioh. Volk. Bechman.
3. *in Comment. ad π. tit. de jurejur. n. 39.* ibi: *Relatio juramenti non obtinet in eo casu, in quo super facto proprio alicui defertur juramentum. Sic responderunt* Lipsienses Anno 1605. & Matth. Berlich. * *part. 1. conclus. 32. n. 51.* ibi: *benè tamen verum est, si*
4. *quis adversa parti super proprio ipsius facto juramentum deferat, quod is juramentum hoc, super suo proprio facto referre non possit.*

LXXIII.

1. *qua declaratur per Regulam;* Ad hoc plenius intelligendum, videtur dicendum, quod huiusmodi juramentum regulariter eo cum effectu referri non possit, ut deferens illud suscipere & præstare teneatur invitus. *arg. l. 11. §. 2. π. rer. amot.* ubi Ulpianus JCtus, *iniquum est,* respondet, *de alieno facto alium jurare;* h. e. ut juret, co-
2. gere. De * coacta enim juramenti præstatione JCtum ibidem loqui, & antecedentia, & consequentia verba ostendunt: ibi: *Pater autem amoventis jurare non cogitur; cùm iniquum sit de alieno facto alium jurare. Is ergò cogitur jurare, qui quave amo-*
3. *visse dicitur; & idcircò nec heres eius jurare cogetur.* Licet * autem JCtus hîc loquatur de juramento delato; nullum tamen est dubium quin idem dicendum de juramento relato; imò in relato maior est ratio, quæ suadet, ne in huiusmodi casu, quis ad illud cogatur, quàm in delato. A delato enim quis sese liberare potest per eius relationem; sed à relato vel minimè. Vid. *praeced. thes. 64.*

LXXIV.

1. *ejusdemque rationem,* Ratio autem, ob quam iniquum censetur, aliquem ad juramentum super alieno facto delatum vel relatum cogere, in eo consistit, quod alieni facti ignorantia, non tantùm sit tolerabilis, sed etiam præsumatur; *l. 6. π. de administr. tutor.*

l. ult.

l. ult. in fin. π. pro suo. ac * propterea, invitum cogere, ut de eo anceps perjurium subeat, omninò durum, & iniquum sit. *Arg. l. 4. π. de in lit. jur.* Sponte * si deferens huiusmodi juramentum relatum susciperet, & præstaret, eidem omninò prodesset. *arg. l. 34. § 3. junct. l. 9. §. 6. π. de jurejur. l. 4. π. de in lit. jur.* Quia verò, * uti suprà dictum, hodie hoc juramentum non præstatur, nisi judex illud per interlocutoriam approbaverit; vid. *l. 12. §. 1. C. de R. Cr.* eapropter ad * Iudicis officium pertinebit, ne ad juramentum delatum vel relatum admittat eum, de quo liquidò constat, quod de veritate rei, super quâ jurandum, sufficientem & necessariam informationem & scientiam non habeat; ne sciens & prudens perjurium committi patiatur. Cùm satis sit inhumanum, per leges & Iudices, qui puniunt perjuria, viam perjuriis aperire. *l. 2. C. de indict.* vid. *Can. ille qui. 22. q. 5.* Hinc * si deferens id, super quo juramentum est delatum, scire planè non posset; v. gr. si illud consisteret in solo animo eius, cui juramentum fuit delatum; ut, si proximus agnatus, sine voluntatis declaratione, in rebus hereditariis aliquid fecit, eidemque juramentum delatum fuit, quod hoc non animo hereditatem adeundi fecerit, ipseque illud retulit, ad juramentum relatum, deferens, nec, si sponte suscipere vellet, admittendus esset. Vid. Hartm. Pistor. *Obs. 184. n. 6. l. 21 pr. π. de Acq. & Am. hered.*

2. 3. 4. 5. 6.

LXXV.

Ceterùm si eiusmodi factum ita sit comparatum, ut deferens quoque illius notitiam habere possit; ipseque deferens dixerit, & in ipso judicio proposuerit, se, adversarium hoc vel illud dixisse vel fecisse, certò scire: v. gr. si defuncti * creditor, nunc in judicio Actor, in libello suo proposuisset, Reum, tanquam defuncti agnatum proximum, se præsente, vidente & audiente, res defuncti hereditarias apprehendisse, simulque animum & voluntatem suam expressè declarasse, quod eo ipso hereditatem adire, & defuncti creditoribus satisfacere velit; atque Reo super hoc proprio eius facto juramentum detulisset; quin Reus * in huiusmodi casu, juramentum deferenti validè referre possit, ita ut ipse à necessitate delatum juramentum præstandi liberetur, & deferens ad relatum præstandum, nisi caussâ cadere velit, cogatur, nulli dubitamus. Huius * enim

1. & exceptionem. 2. 3. 4.

enim relationi, nec legis dispositio, nec eiusdem obstat ratio. Cessat enim hîc ratio regulæ, supra de facto proprio proposi-
5. tæ. Faciunt hûc * quæ tradit Bartol. & Salicet. *ad l. 34. §. 7. ff. de jurejur.* Unde & Iohan. Brunnemann. *tr. de Proceß. civ. cap. 23. n. 13.* ibi; *nisi super facto proprio, cuius alter notitiam habere nequit, & ad d. l. 34. n. 24.* scribit: *Et in juramento* (scil. relatio locum non habet) *quod alteri super proprio facto defertur*, Wann die Klag allein in sein Gewissen geschoben wird. Carpzov. *d. constit. 14. def. 10. quod concedo in terminu. cap. ult. X. h. t. & ubi deferens habet probabilem ignorantiam facti alieni.*
6. *l. 11. §. 1. ff. rer. amot.* Item * Donell. *Enucl. lib. 24. c. 21. lit.* O. ibi: *tres caussæ exceptæ, quibus referri nequit,* (1.) *si de admisso eius, qui refert, agitur, quia agitur de facto eius, cui delatum est, quod nemo melius quàm ipse, nec alii idem scire possunt.* Et paulò pòst: *Et quid ni injuriarum conventus delatum jusjurandum rectè referat, ubi tam Actor scire potest, an injuria facta sit, quàm Reus.* Vid. *thes. 65.*

LXXVI.

1. Secundo in casu, si juramentum delatum fuit super facto deferentis proprio; v. gr. si, in casu *praeced. thes.* proposito, (quo nimirum creditor defuncti agit contra proximum eius agnatum, tanquam eiusdem heredem, qui hereditatem adierit) Reus, ratione hereditatis aditæ, Actori juramentum deferret; Actor Reo juramentum illud omninò referre posset.

De facto deferentis proprio.

2. Idem * dicendum, si Reus actione Legis Aquiliæ, injuriarum, furti, vel simili conventus, (præsuppositis terminis habilibus) Actori deferret juramentum Iudiciale; (vid. *praeced. thes. 70.*) ipse Actor Reo super proprio ejus facto juramentum sine omni dubio referre posset.

LXXVII.

1. Tertio in casu, si nimirum juramentum est delatum super facto communi, quod communi utriusque consensu gestum, factum vel contractum dicitur: v. gr. si Actor dicat, se Reo 100. mutuo dedisse, rem 100. vendidisse; vel Reus excipiendo asseveret; se debitum creditori solvisse &c. quod * hoc
2. referri possit, si aliud non obstat, nemo est, qui negat, nec ullâ probabili ratione negari potest.

De facto communi.

LXXVIII.

Ultimo & quarto in casu, si scil. juramentum fuit delatum super facto tertii, & alieno, (præsuppositis iterum terminis habilibus. Vid. Mevius *p.1. decis.161.* ibi: *sciens non minus de alieno, quàm suo jurabit. De eo cuius quis habet conscientiam, qualecunque sit, suum sive alienum factum, justè juratur & juramentum defertur*) videndum, an deferens facti illius alieni etiam conscientiam habere possit, & sese habere dicat, an verò non. Illo * in casu Relationem, & plenum eius effectum, non minus, quàm delationem admittendam esse putamus. *arg. l.34. §.7. l.38. π. de Jureiur. l.9. C. de Reb. Cred.* vid. *praced. thes. LXXV.* ita ut eiusmodi in casu * juramentum etiam alterius conscientiæ committi possit; non obstantibus illis, quæ tradit Carpzov. *part. 1. constit. 12. def. 40. & 41.* Si verò * eiusdem conscientiam habere non potest deferens, nec sponte ad jusjurandum relatum præstandum sese offerens est admittendus, per ea, quæ suprà *thes. LXXIV.* sunt dicta. Si deferens * facti illius conscientiam habere potest, ipse verò sese illius conscientiam habere negat, ad relatum juramentum præstandum cogendus haud est; cùm in dubio facti alieni ignorantia præsumatur. Vid. *praced. thes. LXXIV.*

1. *De facto alieno s. tertii.* 2. 3. 4. 5.

LXXIX.

Atque hæc procedunt, si veritatis juramentum refertur. Verùm * si de facto tertii juramentum credulitatis delatum & relatum fuerit, facilius eiusdem Delatio & Relatio admittenda erit. Vid. Mevius. *d. decis. 161. n. 4. & 5.* De facto enim alieno juramentum credulitatis deferri, & ad illud præstandum aliquem cogi posse Dd. passim tradunt. Carpzov. *J. F. part. 1. constit. 12. def. 1.* Imò * licet super facto alieno, cuius veritatem ignorat deferens, juramentum veritatis sit delatum & relatum, tamen deferentem, cui est relatum, juramentum credulitatis præstare posse & debere, tradit Berlich. *part. 1. conclus. 32. n. 5.* Umm. *disp. 14. thes. 9. n. 52.* ibi: *Tantum si Judex arbitratur, ut veritatem ignorans de credulitate juret, dicendum videtur ipsum ad hoc teneri.* Menoch. *2. cas. 189. n. 8.* Franzk. *in Comment. π. h. t. n. 114.* ibi: *nisi fortè Judex pro arbitrio suo juramentum aliter formaverit, & verba saltim de credulitate conceperit, quæ esse videtur sententia l.34. §. 8. π. de jureiur.* Quam-

1. 2. *De juramento credulitatis.* 3.

3. vis * & hic Iudex prudens & Christianus prospicere & omninò cavere debeat, ne ad hoc credulitatis juramentum, (quo nimirum quis jurare debet, hoc vel illud factum, vel non factum esse, rem raptam 100. & non minus valuisse, se credere,) admittat eum, qui nullam de facto controverso, vel re æstimandâ informationem, nec probabiles & sufficientes prætensæ suæ credulitatis habet rationes; Vid. Anton. Fab. *ad l.34. pr. π. de jurejur. ad verb. quid tamen si reus dicat, ferè in fin.* ibi: *Potest enim fieri, ut qui tam incertus sit, ut nec possit dicere, quid*
4. *putare debeat.* quod * ut quis licitè juramentum credulitatis præstare, & ad illud adigi possit, omninò necessarium est. Vide Gregor. Sayr. *in Clav. Reg. Sacerd. cas. consc. lib. 5. cap. 4. n. 13.* ibi: *Idemque dicendum est, quoties quis dubitat, an verum sit, nec ne, quod pro certo jurat, aut leviter & temerè putat verum, quod jurat. & cap. 9. n. 4.* ibi: *ita sese habere existimat, levibus quibusdam conjecturis adductus & longè petitis.* Vnde & David
5. Mevius non * minus piè quàm prudenter scribit: Hoc verò, scil. credulitatis juramentum, rectè imponitur; haut tamen indiscretè, sed circumspecto Iudicis arbitrio de eo statuitur, pro qualitate tum eius, quod controversum, tum verosimilitudinis, aliarumque circumstantiarum. Quod ipsum etiam monet Ioh. Brunnem. *ad l.11. n. 6. π. rer. amot.*

LXXX.

1. Quamvis enim multi indistinctè scribant, quod heredibus juramentum credulitatis de facto alieno, vel defuncti deferri possit. Carpzov. *J. F. part. 1. constit. 24. defin. 1.* attamen
2. * ipsi juramenrum credulitatis & ignorantiæ promiscuè accipiunt. Vid. Carpzov. *d. def. 1. n. 6. & 7.* ibi: *Cæteroquin si scientia & notitia heredis factum defuncti committatur*, wann die Klag in sein Gewissen / Wissenschafft und Wohlbewußt gestellet wird/ *eum jurare teneri vel exinde patet, quod hoc casu saltim de credulitate sit jurandum, aut potius de ipsâ ignorantiâ, quod jurans de facto nullam habeat notitiam.* Item *part. 1. constit. 12. def. 40. num. 3.* ibi: *at casu posteriori juratur duntaxat de credulitate & notitiâ, quòd nempe jurans credat, & probabiliter sciat, hoc vel illud verum esse, aut quod etiam notitiam eius rei non habeat.* quæ
3. duo tamen * omninò differunt. Diversa enim sunt jurare, se
Juramen- factum defuncti ignorare, & jurare, se credere, defunctum illud,

illud, quod controverſum, feciſſe vel non feciſſe. Prius * enim, Iuramentum ſcil. ignorantiæ, bonâ conſcientiâ præſtare poteſt, etiam ille, qui in animo dubius eſt, & æqualiter propendet, aut eius veritatem vel falſitatem ſimpliciter ignorat, *tum credulitatis & ignorantia differunt.* 4.
nec ſuſpiciones, præſumtiones aut indicia habet, an defunctus illud fecerit, an verò non. Sed poſterius,* Iuramentum ſcil. 5.
credulitatis, quod ſcil. jurans credat, defunctum illud feciſſe vel non feciſſe, dubitans vel ſimpliciter ignorans, bonâ conſcientiâ præſtare poteſt vel minimè. Quod enim juraret, ſe ſcil. credere, verum eſſe; apertè eſſet falſum, & ſic verum committeret perjurium. Vnde nec ſemper * de utroque, quoad haſce quæſtiones, idem dicendum. Sic heredi ſemper deferri & referri poteſt * juramentum ignorantiæ de facto defuncti vel etiam tertii; ſed non ſemper juramentum credulitatis; ut ſi defunctus, multos ante annos, in remotiſſimo loco deceſſiſſet, & eius heres de eiuſdem ſtatu, conditione & negotiis geſtis nullam planè informationem haberet, ipſe quidem jurare poſſet, ſe ignorare, quod hoc vel illud defunctus ibidem fecerit, v. gr. mutuam pecuniam acceperit; Ad credulitatis verò juramentum, quod ſcil. credat, defunctum remotiſſimo illo in loco, illoque tempore, pecuniam mutuam non accepiſſe, ipſe nec cogendus nec admittendus eſſet. Vid. *praced. theſ. LXXIV.* 6. 7.

8. Maioris perſpicuitatis & declarationis gratiâ hic diſtinguendum, an Iuramentum credulitatis affirmativè & poſitivè, quo ſcil. jurandum, ſe credere, hoc vel illud factum vel non factum eſſe; vel negativè ſit delatum & præſtandum; quod ſcilic. non credat, hoc vel illud factum vel non factum eſſe.
9. Ea, * quæ in præcedentibus dicta, vera ſunt quoad Iuramentum credulitatis affirmativè ſive poſitivè delatum. Iuramen-
10. tum verò * credulitatis negativè delatum, ſe ſcil. non credere, hoc factum eſſe, etiam dubitans & planè ignorans præſtare poteſt. Atque hoc cum juramento ignorantiæ conjungit Carpzov. *lib.3. Reſponſ. 61. n.1. & ſeqq.* ubi *n.9.* ſcribit: *Nihilominus de credulitate ſaltim hoc caſu heredes jurare tenentur, quod ſcil. eius rei notitiam non habeant, neque credant, tale quid à defuncto contractum vel factum eſſe.* Vnde in * hiſce caſibus 11.
cautè & prudenter erit procedendum, atque probè cavendum,

 ne

ne diversorum horum juramentorum confusione perjuriis via aperiatur, & simplices ad minimum in juramenti temerarii
12. peccatum præcipitentur. Hinc * etiam Petrus Gilkenius monet, si cui juramentum est relatum, de facto alieno, cuius veritatem ipse non habet compertam, quod formula jurisjurandi Judicis arbitrio sit temperanda, ut ipse juret de eo quod scit, cùm potuerit fortasse adfuisse, vel ex scripturâ defuncti, aut aliis argumentis indubitatis instructus esse. *arg. l. 34. §. 8. π. de Jureiur.* Gilk. *ad l. 12. num 7. C. de Reb. Cred.* Vid. etiam Franzk. *in Comment. π. tit. de jurei. n. 114.*

LXXXI.

1. De casu *L. ult. C. de fideicomm. & §. ult. J. eod. tit.* Si nimirum defunctus pro solennitate & singulari probatione in ultimis voluntatibus necessariâ, elegit fidem præsentis heredis sui, eiusdemque fidei commisit, ut vel hereditatem, vel speciale fideicommissum alteri restitueret; & postea heredi hoc ipsum neganti à fideicommissario juramentum in judicio delatum fuit: Zu schweren / daß der defunctus ihme dergleichen nicht befohlen oder auferleget; Vid. Richter. *decis. 62. num. 21.* Carpzov. *part. 3. constit. 8. def. 40. in fin.* quæstio est, an heres illud Actori, prætenso fideicommissario, referre possit? Multi

An in casu L. ult C. de fideicommiss. Relatio juramenti locum habeat.

2. * hoc negant, idque (1.) propter verba *dd txx.* ibi: *necesse eum habere vel jusjurandum subire, quod nihil tale à testatore audierit, vel recusantem ad fideicommissi solutionem coarctari. d. §. ult. & d. l. ult.* (2) quia hîc * jusjurandum defertur super facto heredis, de quo ipse solus notitiam habet, & de quo nemo
3. ipso exactiorem notitiam habere poteſt. Bened. Carpzov. *J. For. part. 3. constit. 8. def. ult. n. 10. & 11.* Pantschmann. *libr. 2. q. 7. n. 27.* ibi: *nam hoc casu ad relationem juramenti non admittitur heres, cùm agatur de suo proprio facto, cuius ignarus Actor, tanquam de alieno jurare non compellitur.* Hahn. *ad VVesenb. π. tit. de Jure Codicill. n. 3. verb. non etiam quando. vers. inde-*
4. *que non singulare.* (3.) etiam eam ob causam, * quòd hoc juramentum sit legale. Legalia autem juramenta non referri, suprà est dictum. Carpzov. *d. def. ult.* Hisce rationibus quar-
5. tam * addit Pantschmannus, dicens, quod Relatio juramenti eo casu non admittatur, id abbreviandarum litium causâ inven-

Sententia negativa. Ejusdem rationes.

ventum esse *lib. 2. quæst. 7. num. 28.* Atque * hanc sententiam 6.
post veteres etiam defendit, & veriorem judicat Arnold. Vinn. *Et defensores.*
ad d. §. ult. n. 3. ubi addit, mirum esse, veteres Interpretes in
re tam manifestâ variare. Giphan. *ad d. §. ult. C. J. A. tit. de Jurei. thes. 9. in fin.* Carpzov. *d. defin. ult. n. 7.* ubi Scabinos * 7.
Lipsienses quoque secundùm hanc sententiam respondisse refert; hisce verbis: Daß Beklagte das Iuramentum, so ihr von Klägern vermöge der *Constitution in l. fin. C. de fideicomm.* deferirt worden / auf vorgehenden Klägers Eyd vor Gefährde zu leisten schuldig/ sie wolte dann ihr Gewissen mit Beweiß vertreten/ damit wurde sie binnen Sächsischer Frist billich gehöret und zugelassen, und ergienge alsdann darauf in der Sach ferner was Recht ist. Solches jurament aber ist sie Klägern zu referiren nicht befugt. V. R. W.

Christophorus Philip. Richterus in hâc * quæstione distinguit, & respondet, eo in casu, quando heres scit veritatem, & is, cui delatum est juramentum, novit, se oneratum fideicommisso, tunc priorem veriorem esse; si verò heres fuerit absens, & de voluntate testatoris notitiam non habeat, tunc ipsum juramentum sibi delatum referre posse. *d. decis. 62. n. 31. & 32.* ubi in utroque casu ICtos Ienenses ita judicasse refert, quod etiam repetit *vol. 2. consf. 320. n. 11. & 12.* 8. *Sententia Chr. Phil. Richteri.*

Affirmativam, * juramenti scil. relationem etiam in casu *d. l. ult. & d. §. ult.* locum habere, & heredem quoque illo in casu juramentum sibi delatum referre posse, post Salicet. Fulgos. Sichardum amplectitur Ummius *disp. 14. ad process. th. 9. n. 51.* Borcholt. *de jurejur. cap. 7. n. 21.* 9. *Affirmativa.*

LXXXII.

In hâc opinionum diversitate, juris veritate inspectâ, dicendum, quod hîc æquè, ac in aliis casibus, quibus juramentum alicui de facto tertii delatum, sit distinguendum, an deferens æquè ac adversarius, de facto tertii, defuncti scil. veritatem habeat compertam, an verò non? Nam * prius etiam esse & existere posse, inde patet, quod testator non semper in angulo & occultè, heredis sui fidei, hereditatis, portionis, aut rei singularis restitutionem committat, sed hoc etiam faciat aliis præsentibus, uti præter experientiam, ipse testatur Imperator *in d. l. ult. C. de fideicomm.* ibi: *sive quinque sint testes, sive* 1. *Quæ'eo in casu, quo deferens veritatem habet compertam, probatur.* 2.

minores, sive nemo. & in §. *ult. J. eod.* ibi: *sed vel pauciores, vel*
3. *nemo penitus testis intervenerit.* Nec * quicquam obstat, quominus hoc fieri possit ipsâ quoque honoratâ personâ, cui fideicommissum est restituendum, præsente. Imò hoc sæpè fieri
4. testatur experientia. Huiusmodi * autem in casu, quia persona honorata sive fideicommissarius de facto defuncti, quo heredis fidei aliquid commisit, non minorem habet notitiam, quàm ipsa persona onerata; maximè cùm, quæ prosunt, & utilitatem adferunt, secundùm communem hominum naturam, attentius & diligentius observari soleant; eapropter, quominus heres quoque, sive persona honorata, juramentum sibi delatum deferenti referre possit, nihil certè obstare videtur; Fa-
5. cit pro hâc sententiâ * generalitas. *l.34. §.7. l.38. π. de Jureiur. & l.9. C. de R. Cr.* à qua hic casus nec in *l. ult. C. de fideicom.* nec § *ult. J. eod.* nec in alio juris textu reperitur exceptus.
6. Quicquid * autem novis legibus non est expressum & mutatum, id veterum legum constitutionumque regulis omnes relictum intelligant. *l.32. C. de appell.* Iustinianus Imp. novâ
7. suâ * constitutione, quæ extat in *d. l. ult. & d. §. ult.* plenius rei fideicommissariæ prospicere, & ultimam defunctorum voluntatem heredis, vel alterius personæ ab illo honoratæ fidei commissam servare, atque personis, quibus dicto modo aliquid relictum, succurrere voluit. *d. l. ult. d. §. ult.* ibi: *ne depereat ultima voluntas testatoris fidei heredis commissa.* Atqui hæc o-
8. mnia, * in proposito casu, etiam effectum suum sortiuntur, licet heres & persona honorata juramentum sibi delatum retulerit deferenti, quippe qui per juramenti relationem, in propriâ causâ, cuius veritatem habet compertam, judex & testis constitutus, statim certam litis victoriam sibi comparare po-
9. test, si non per calumniam agit. Æquissimum * itaque est, ut Actor, etiam huiusmodi in casu, admittat conditionem jurisjurandi sibi relatam, quam ipse primùm alteri detulit, & in alterius personâ æquam judicavit; *d. l.34. §.7. π. de jurejur.*
10. maximè cùm heres, * cuius fidei quid ad defuncto fuit commissum, ut plurimum defuncto, sanguine proximè sit junctus, pater vel filius, frater vel proximus cognatus, aut aliàs amicus intimus; atque inde esse possit, quod humana eius fragilitas tristitiâ & luctu perturbata, omnia à defuncto sibi commissa

non

non perfectè & plenè perceperit vel recordetur; ut * pro- 11.
inde turpiter facere non videatur, sed modestè potius, qui religione magis, quàm conscientiâ motus, tam facile jurare nolit; ac propterea durum esset eidem facultatem jure communi concessam & licitam, juramentum scil. sibi delatum referendi, denegare. Vid. *l. 8. vers. at cum humana. C. qui test. fac. poss.* Atque de huiusmodi casu etiam accipiendi erunt Dd. suprà allegati, qui affirmativam sententiam defendunt.

LXXXIII.

1. Neque dictis in huiusmodi casu obicem ponunt, quæ supra pro primâ & negativâ sententiâ sunt allata. Licet * enim (1.) in *l. ult. C. de fideic. & d. §. ult. J. eod.* dicatur, quòd heres vel alia persona à defuncto fideicommisso onerata, cui à fideicommissario super illo fideicommisso juramentum delatum, necesse habeat, vel sacramentum subire, quod nihil tale à testatore audiverit, vel juramentum recusans, fideicommissum solvere. Hoc ipso tamen non excluduntur alia juris remedia, in huiusmodi casibus, illis, quibus ab adversario, in judicio jusjurandum est delatnm, permissa ac concessa. Sic etiam * Prætor edixit: *Eum à quo jusjurandum petetur, solvere aut jurare cogam.* Cui addit Ulpianus: *Alterum itaque eligat Reus, aut solvat, aut juret. Si non jurat, solvere cogendus erit à Pratore; l. 34. §. 6. ff. de jurejur.* hoc * ipso tamen non excluditur facultas juramentum referendi; sed ex aliis textibus, ratione juramenti à parte parti in judicio delati, in eiusmodi propositionibus: *solvere vel jurare necesse habet*; subintelligendum est: *nisi referat jusjurandum. l. 9. C. de Reb. Cred.* Atque * hoc ipsum, quod scil. allegata verba *d. l. ult. & d. §. ult.* necesse habet, &c. non excludant alia juris remedia, in aliis juris textibus concessa; ipsi primæ sententiæ, puta negativæ, defensores, eo ipso agnoscunt, dum heredi, cui in casu *d. l. ult.* juramentum est delatum, facultatem, conscientiam suam probationibus exonerare atque purgare, permittunt. Hahn. *ad VVesenb. tit. de jure Codicill. num. 3. in fin.* ibi: *Fallit tamen, & heres jurare non tenetur, si probationibus conscientiam suam purgare velit.* Carpzov. *J. For. part. 3. constit. 8. def. ult. num. 1. & seq.* ubi etiam in hanc sententiam sequens Scabinorum affert

Ad contraria rationes respondetur. 2. 3. 4. 5.

respon-

responsum : Daß Beklagte das Iuramentum, so ihr von Klägern vermöge der *Constitution in l. fin. C. de fideicommiß.* deferirt worden / auf vorgehenden Klägers Eyd vor Gefährde zuleisten schuldig. Sie wolte dann ihr Gewissen mit Beweiß vertretten/ damit wurde sie billich gehört und zugelassen / etc. Si *
5. itaque *d. l. ult.* non obstante, ad probationes admittitur heres; cur non etiam ad juramenti relationem? Praeterea * in
6. *d. l. ult. & d. §. ult. ff. de fideicomm.* tunc demum, & sub conditione, heres ad fideicommissi praestationem adstringitur, si non fatetur fideicommissum, & juramentum delatum recusat. *d. l. ult.* ibi: *vel si recusandum existimaverit sacramentum, &c.*
7. *d. §. ult.* ibi: *vel recusandum.* At, * qui refert, propriè non recusat, & per consequens recusationis poenae non subjacet.
8. *arg. l. 34. §. 6. 7. & ult. ff. de jurejur.* Vnde * Heinricus Hahn, qui etiam priorem sententiam amplectitur, fatetur, ratione Relationis juramenti, in *d. l. ult.* nihil singulare constitutum esse *in not. ad VVesenb. d. l.* ibi : *Indeque non singulare hic est, quòd juramentum delatum non possit referri; quia hic referri propterea nequit, quòd agatur de facto heredis proprio, cujus ignarus est Actor, & de quo, velut alieno, etiam aliàs nemo jurare cogitur. l. 34. pr. & §. 5. ff. de jurejur.* quod est secunda ratio suprà pro primâ & negativâ sententiâ adducta.

LXXXIV.

1. Quod autem attinet hanc secundam rationem, (1.) considerandum, hîc non agi de facto heredis proprio, cui juramentum est delatum; sed de facto defuncti, & sic de facto alieno, ac tertii, qui heredis fidei aliquid commisisse dicitur.
2. (2.) Absolutè dici non potest, quod jusjurandum de facto eius proprio, cui delatum, & de facto alieno sive tertii non possit
3. referri, vid. *praeced. thes. 75. & 78.* (3.) Simpliciter ac indistinctè dici nequit, quod Actor illius facti, quod scil. defunctus hoc vel illud heredis praesentis fidei commiserit, ignarus sit. Aliter in casu proposito rem sese habere, in praecedentibus o-
4. stensum est. Vnde * nulla subest caussa, ob quam Actor, cui super hoc ipso facto juramentum est relatum, ad illud praestandum non sit cogendus; maximè, cùm, si Reus captiosè juramentum referret, Iudicis arbitrio ac officio huiusmodi Iurisjurandi conceptio determinaretur. *l. 34. §. 8. ff. de jurejur.*

LXXXV.

LXXXV.

Tertiam rationem suprà pro negativâ sententiâ adductam, hoc scilicet juramentum legale esse, præter Carpzovium, quantum nos scimus, hactenus adduxit nemo. Sed quod illud quoque, in judicio à parte parti delatum, judiciale sit, reliqui, & quidem rectissimè, agnoscunt omnes; alias enim non tam operosè de illo, an referri possit, disputassent. 1.
Licet * enim lex permittat, ut in hujusmodi casu juramentum deferri possit, simulque disponat, quod ille, cui delatum, aut solvere, aut jurare debeat: hoc ipsum tamen, jusjurandum non facit legale; aliàs omnia judicialia juramenta essent legalia, & referri non possent, *arg. l. 34. §. 6. π. de jurej.* 2.
Et * si hoc juramentum esset legale, deferens non necesse haberet de calumniâ jurare. Vid. ipse Carpzov. *J. Forens. part. 1. constit. 12. defin. 26.* contra clarissima, *d. l. ult. & d. §. ult. de fideicomm.* verba. 3.
Vnde * ipse Carpzovius alio in loco hoc juramentum judiciale esse, & propterea deferentem de calumniâ jurare oportere, agnoscit & docet; nim. *d. const. 8. def. 40. num. 7. & seq.* 4.

LXXXVI.

Porrò (4.) nihil refragatur, quod Pantschmannus addit, huius juramenti relationem litium abbreviandarum gratiâ denegari sive non admitti. 1.
Nam * primo omnium probandum erit, huius juramenti relationem jure non admissam, & denegatam esse. 2.
Deinde * in *l. 1. π. de jurejur.* à Pantschmanno allegatâ, nihil aliud dicitur, quàm quod maximum remedium expediendarum litium sit jurisjurandi religio. 3.
Quod * verò juramenti relatio hoc ipsum impediat, nec *d. l. 1.* aut alia, nec ratione probari potest; imò hæc juramenti relatio haud rarò facit, ut lites citius finiantur, quam si illa fuerit denegata. 4.
Tandem † quod attinet tot maximorum Iurisconsultorum authoritatem, & illorum Responsa, pro primâ sententiâ adducta; patet ex illorum rationibus, quod illi ibidem non agant de eiusmodi casu, de quo nos hîc agimus, sed de altero suprà proposito; si nimirum defunctus heredis sui præsentis fidei aliquid commisit, personâ honoratâ, cui scil. illud fideicommissum præstari debet, absente; ita ut illa certò scire non possit, an defunctus aliquid, & quid heredis sui fidei commiserit. 5.

Huiusmodi in casu juramentum referri non posse, liquidum est ex iis, quæ *praced. thes. 74.* sunt dicta.

LXXXVII.

1. *Sententia Richteri consideratur.* Quod autem attinet distinctionem, quâ Christoph. Philippus Richterus in explicatione huius quæstionis utitur; & quidem secundum eius membrum; si nimirum heres, cuius fidei aliquid commissum dicitur, absens fuit, & de voluntate

2. testatoris notitiam non habet; de † eo notandum (1.) quòd Dns. Richterus eo ipso agnoscat, hoc juramentum judiciale esse, & deferentem rei controversæ notitiam habere posse; a-

3. liàs eidem nullo in casu referri posset. (2.) notandum, & quidem principaliter monendum, quod eo in casu, quo, herede absente, defunctus fideicommissum reliquit, remedium *d. l. ult. C. de fideicomm.* planè locum non habeat; adeò, ut licet heres

4. ab aliis, qui præsentes † fuerunt, certioratus confiteretur, à defuncto sibi absenti aliquid commissum esse, illud tamen, nisi sufficiens testium numerus præsens fuisset, non valeret; Finkelt. *Obs. 51.* Pantschmann. *2. quæst. 7. n. 26. & seq.* Richter. *d. decis. 62. n. 19. & 20.* ibi: *Hac verò assertio tum demum locum habet, quando heres fuit præsens.* & per consequens eidem nec juramentum (quippe quod nullum effectum produceret) deferri potest; Vid. Setser. *de Juram. lib. 4. cap. 3. n. 15.* Carpzov. *de Process. tit. 11. art. 1. n. 22. & seqq.* atque sic quæstio de eius relatione huiusmodi in casu est inanis. De altero Dn. Richteri membro actum est in præcedentibus.

LXXXVIII.

1. *De causis feudalibus.* In caussis feudalibus, quod juramenti relatio locum habeat, extra controversiam est. *c. un. pr. 2. F. 33.* ibi: *aut referat pars cui delatum est.* Secus est in caussis † matrimonialibus,

2. *De causis matrimonialibus.* utpote in quibus juramentum judiciale defertur vel pro vel contra matrimonium. Posteriori † in casu huius juramenti delatio est nulla. Vid. Carpzov. *Jurispr. Consistor. lib. 3 def. 44.*

3. *n. 9. & in tr. de Process. tit. 11. art. 1. n. 72. & seqq.* Setser. *de Juram. lib. 4. cap. 4. num 7.* Borcholt. *tr. de juram. cap. 5 num. 23.*

4. Vnde † si adversarius huiusmodi juramentum nulliter contra matrimonium delatum, animo deliberato pro matrimonio referret, hoc non relatio, sed prima delatio esset; ac per consequens dicendum, ab ipso juramentum calumniæ præstandum; *arg.*

arg. l. 34. §. 4. π. de jurejur. l. 9. C. de R. Cred. quamvis æquius videatur, ut hic quoque juramentum calumniæ remittatur, ob rationem *d. l. 34. §. 7. π. de jurejur.* Priori † in casu delatio quidem subsistit, Carpzov. *d. lib. 3. def. 44. n. 9. & d. tit. 11. n. 67. & seqq.* sed juramentum pro matrimonio delatum, contra illud referri nequit; per ea, quæ in præcedentibus sunt dicta. *Conf.* Magnif. Dn. PRÆSES *ad tit. π. de jurejur. §. 5. n. 87.* 5.

LXXXIX.

An verò illis in casibus, quibus juramentum referri nequit, ille, cui fuit delatum, illud præcisè præstare teneatur; an verò ipse quoque sese excusare, & juramentum, sive necessitatem illud præstandi, propterea evitare possit, quod cessante potestate referendi, cessare quoque debeat potestas deferendi; & per consequens in hujusmodi casu, illius delatio quoque non valeat? In hoc † quoque Dd. in diversas abeunt sententias. Posterius defendit, † post alios, Carpzov. *tr. de Proceß. tit. 11. art. 1. n. 86.* ubi scribit: *Verissimè siquidem scripsit Anton. Faber: ad delationes haud alios admitti, quàm quibus ipsis jusjurandum referri potest. in Cod. lib. 4. tit. de R. Cr. def. 9.* Ipse † Antonius Faber autem *d. def.* hoc sequentibus verbis tradit: *Consequens ergo est, ut non alius admitti debeat ad delationem jurisjurandi, quàm cui ipsi jusjurandum referri possit; ne ex personâ adversarii fiat durior conditio ejus, cui jusjurandum defertur: Nisi referendi facultas ex personâ illius, cui delatio fit, impediatur, ut in casu l. 23. cum seq. π. de jurejur. aut in actione furti, rerum amot. aliisque similibus, quæ criminis caussam annexam habent l. 11. §. ult. & ll. seq. rer. amot. in Cod. lib. 4. tit. de R. Cr. def. 9. def. 15. n. 4. & def. 17.* Idem scribit *decad. 19. err. pragm. 8. in fin.* 1. *An juramentum, quæ referri non possit, ab eo, cui delatum necessariò præstandum.* 2. 3. 4.

XC.

Contrarium verò, & priorem sententiam, quod scil. illis in casibus, ubi delatum referri nequit, juramentum ab eo, cui delatum, præcisè præstari debeat, crebriori Dd. calculo probatur, post Cravett. Menoch. Costal. Duaren. & alios, Ummius *Disp. ad Proceß. 14. thes. 9. num. 52.* Fachin. *lib. 1. cap. 21.* Setser. *lib. 4. c. 3 num. 41.* Franzk. *in Comment. π. tit. de jurejur. n. 113.* Brunnemann. *ad l. 9. C. de R. Cr. num. 14. & ad l. 35. §. 11. π. de jurejur. n. 6.* ibi: *Non valere puto argumentum: huic non potest referri, ergo non potest deferre. Nam & consequentia illa nega-* 1.

tur, & regula non est fundata, quam præsupponit Faber & Carpz.
2. *ll. ibi citat.* Quamvis † enim major sit æquitatis ratio, ut ille solvere cogatur, qui nec vult jurare, nec jusjurandum referre, *l. 34 pr. π. de jurejur.* & manifestæ turpitudinis & confessionis esse dicatur, nolle nec jurare, nec jusjurandum referre, *l. 38. eod.* ac proinde qui paratus referre, nec turpiter facere, nec
3. confiteri videatur: Attamen † juramenti relatio si justâ ex caussâ impeditur, & ille, qui in propriâ caussâ judex & testis est constitutus, (vid. *l. 1. pr. π. quar. rer. act. non dat.* ibi: *Jusjurandum vicem rei judicatæ obtinet non immeritò, cùm ipse quis judicem adversarium suum de caussâ suâ fecerit, deferendo ei jusjurandum l. ult. C. de fideicomm.*) ita ut victoriam, si justam fovet caussam, sine omni difficultate sibi parare possit, hoc acceptare recusat; certè & ipse, justâ ex ratione, conscientiæ malæ caussâ hoc facere, & confiteri censetur; at proinde etiam in tali casu, ubi relatio locum non habet, omninò delatum juramentum, nisi caussâ cadere velit, jure præstare cogitur; maximè si adversarius, qui juramentum detulit, factum controversum ignorat; ne veritas aliàs delitescat. Dd. suprà cit. Videatur ipse Anton. Faber *ad l. 34. §. ait. Prætor. π. de Jurejur. ferè in fin.* ibi. *proinde ut is, qui recusat jusjurandum, haberi possit pro condemnato, necesse est, ut referendi eius habeat potestatem, si modo talis casus sit, qui admittat relationem: nec enim omnes ad-*
4. *mittunt.* Ex quo † ipso apparet, hanc sententiam procedere non tantum eo in casu, quo ex persona eius, cui juramentum est delatum, facultas referendi impeditur; vel in actione furti, rerum amotarum, aliisque similibus, quæ criminis caussam annexam habent, sed etiam aliis in casibus, ubi ex aliis caussis relatio impeditur, v. gr. in caussis matrimonialibus. Vid. *thes. 88.* & ipsum Fabrum *in C. tit. de R. Cr. def. 19. n. 14. & seq.* ibi: *Neque enim perpetua est illa juris regula, ut jusjurandum deferre non possit is, cui referri nequeat. Quid enim si ob id duntaxat impediatur relatio, quod creditor decesserit, qui quamdiu vixit, sæpiùs interpellavit debitorem ut solveret? cur frustratio debitoris ipsi proderit, ut nec in propriâ caussâ ipse saltem judex esse compel-*
5. *latur.* Sic ipse † Carpzov. juramentum in casu *l. ult. C. de fideicomm.* delatum, referri posse negat, & quidem propter prætensam deferentis ignorantiam. *J. F. part. 3. constit. 8. defin. 41.*

Quis

Quis autem dixerit, eo in casu juramenti delationem non valere? Contrarium ipsemet docet & probat laudatus Carpzov. *d. constit. 8. def. 40.*

XCI

Porrò illud quoque ratione objecti hîc prætereundum non est, quod, si juramentum super diversis punctis, membris, sive articulis fuit delatum, si aliud non obstat, ille, cui est delatum, illud quoad certa capitula acceptare, & quoad reliqua jusjurandum referre possit, arg. eorum, quæ habet Carpz. *tr. de Process. tit. 11. art. 1. n. 30. & seq.* Vid. Anton. Fab. *Cod. tit. de R. Cred. def 19.* modo † illa ita non cohæreant & connexa sint, ut tutò separari non possint, v. gr. si Sempronius dicit, 1. se apud Titium 100. deposuisse; 2. Titium, se depositum summâ diligentiâ custoditurum & deponenti, quandocunque placuerit, restiturum, promisisse; & Titio utrumque neganti, super utroque articulo juramentum defert; Titius jusjurandum super primo capite acceptare, & super secundo delatum referre non potest. Quia hæc ita sunt connexa, ut tutò ita separari non possint. Secundum enim sine primo esse & stare non potest. Et si Titius primum juramento negaret; & deferens secundum juramento relato affirmaret, unus ex illis necessariò perjurium committeret. Si † verò Titius utrumque fateretur, & contra Caium actione in factum agens diceret: 1. se in deposito illo custodiendo nullam culpam admisisse; 2. se depositum Cajo Sempronii mandatario restituisse; & 3. Cajum hoc malâ fide negasse, & hâc falsâ suâ negatione caussam dedisse, quod ipse Sempronio comdemnatus fuerit, & grave damnum inde acceperit; atque super tribus hisce articulis juramentum deferret Caio. Caius verò juramentum super primo articulo referret, & super reliquis illud acceptaret, an idem dicendum sit, disceptatum fuisse ipsimet audivimus. Fuerunt, † qui in simili casu responderunt & judicârunt: Daß deß Caji intention mit Trennung der Capitulorum deß abgefaßten Eyds/ gestalten Sachen nach von Rechts wegen nicht zu läßig/ sondern der Titius über alle capita Iuramenti sein Gewissen eydlich zueröffnen schuldig seyn solle. Verùm prædictos † articulos ita connexos esse, ut quoad juramenti relationem & acceptationem separari non possint, ab aliis rectè fuit ne-

1. *An juramentum super pluribus articulis delatum, super uno aut quibusdam referri possit.*

2.

3.

4.

5.

negatum. Primum enim & duo posteriora non ita comparata sunt, ut primo posito vel negato, duo reliqua necessariò etiam ponenda vel neganda sint, vel contra. Vid. Dd. *in l.17.π. de neg.gest.* Aug. Barbos. *locuplet. lib.3. cap.51. ax.1.* Sed primo posito, & per juramentum Titii asserto atque confirmato, duo reliqua falsa esse, & per consequens hâc ratione sine metu perjurii acceptatio delati juramenti admitti potest. Nulla enim est sequela: Titius in deposito quæstionis nullam culpam admisit; ergo illud Caio restituit, & Caius depositi receptionem malâ fide negavit, illâque inficiatione ac instigatione damno quæstionis caussam dedit. Utrumque enim, & quod Titius juramento sibi relato affirmat, se scil. in deposito nullam culpam admisisse; & quod Caius juramento sibi delato asserit, se scil. à Titio depositum quæstionis non accepisse, ac per consequens se illius acceptationem non malâ fide negasse, nec falsâ suâ inficiatione damnum dedisse, simul stare potest.
6. Sempronius † à Titio jure repetiit depositum, quod erat in confesso. Et cùm Titius nec casum fortuitum, quo illud periisset, nec illius restitutionem Sempronio, vel ejusdem Procuratori Caio factam probaverit, proinde ipse Sempronio ad depositi pretium meritò fuit condemnatus; Actione scil. per propriam Rei confessionem fundatâ, & exceptione Rei non pro-
7. batâ. Licet † autem Titius postea in alio judicio juraret, se in illo deposito nec culpam, nec dolum admisisse; inde tamen sequeretur vel minimè, quod depositum Caio fuerit restitutum, & Caius malâ fide illud negaverit, eoque ipso, injusto damno caussam dederit. Quid enim si depositum casu periisset, vel tertius etiam citra Titii culpam subtraxisset? utriusque assertio
8. vera esse posset. Præterea etiam illud † hîc obiter notandum, quòd Caius juramentum super primo capite sibi delatum justissimè recusare potuisset. *arg. l.11. §.2. π. rer. amot.* Vid. suprà *thes. 76.*

XCII.

1. Porrò illud quoque hîc meritò venit explicandum, si capitula, super quibus v. gr. Reo juramentum delatum, revera essent connexa, ipseque reus super primo juramentum retulisset, super reliquis verò illud acceptasset; an ille, cui relatio facta, super omnibus capitulis juramentum relatum præstare posset,

Si capitula sunt connexa.

possèt, & ad hoc admittendus esset. Hoc responsum & judicatum fuit in interlocutoriâ suprà citatâ. ibi: sondern der Titius (cui super primo tantùm puncto juramentum fuit relatum) über alle capita juramenti sein Gewissen eydlich zueröffnen schuldig seyn solle. Sed † & hoc invitâ Iurisprudentiâ. Super secundo enim & tertio articulo juramentum delatum à Caio non fuit relatum, sed acceptatum; adeò ut si Caius vellet, tamen postea illud referre non posset. Quomodo itaque Titius super illis duobus ultimis articulis juramentum præstare poterit, quod eidem nec delatum nec relatum fuit? *l. 3. pr. π. de jurejur.* Neque judex hoc † efficere poterit contra expressam Caji voluntatem. Iudex enim in judiciali juramento, de quo hîc agimus, voluntatem deferentis vel referentis tantùm confirmat, *l. 12. §. 1.* ibi: *& à Judice approbatum; C. de R. Cr.* sed quod pars acceptavit, contra illius voluntatem adversario non refert. Vid. *praced. thes. 55. & l. 34. §. 7.* ibi: *ut si malit referat. π. de jurejur.* Retulit † Caius juramentum Titio; sed tantùm super articulo primo; quod contra illius voluntatem ad alia capitula non est extendendum. Si autem † capitula sunt connexa & inseparabilia, dicendum potius, quod Relatio super primo capitulo facta sit nulla; & quod Caius super omnibus capitulis jurare vel referre teneatur.

2. 3. 4. 5.

XCIII.

1\. *Ratio, qua hæc relatio à cognatis distinguitur.*

Ratio, qua hæc nostra Iurisjurandi Relatio à juramenti delatione, & similibus distinguitur, atque est, quod est, partim ab Objecto, partim à fine dependet. Ratione † objecti requiritur, ut conditio Iurisjurandi super illâ ipsâ caussâ, puncto, membro vel articulo, de quo est delata, deferenti iterum referatur. *arg. l. 34. §. 7.* ibi: *quia non est ferendus Actor, si conditionis, quam ipse detulit &c. π. de Jurejur.* Cæterùm si deferenti † super aliâ caussâ, aliové puncto, membro vel articulo juramentum inferret ille, cui primum est delatum: v. gr. Si Actor diceret, Reum à se 100. florenos mutuos accepisse, ac desuper Reo neganti juramentum in judicio deferret; Reus verò asseveraret, Actorem sibi ex aliâ caussâ ad eandem vel majorem summam obligatum esse, ac desuper ab Actore negante juramentum peteret; hæc mutua de diversis caussis delatio, sed non eiusdem juramenti delatio & relatio esset; unde

2\. *Relatio & delatio idem habere debent objectum.*

3\.

4. unde † qui posterius detulit, hoc ipso à prioris sibi delati præstatione non liberaretur; nec alia relationis nostræ jura in ipso locum invenirent; Actorque sibi à Reo illatum, eidem referre non impediretur. *arg. l.34. §.7. π. de jurej.* Hillig. ad Donell. *lib.23. cap.21. lit. R.* Vid. Anton. Faber. *in Rational. in d. l.34. §. non semper.* ibi: *Jusjurandum quod à Reo refertur Actori, illud ipsum est, quod fuerat prius delatum, non aliud. Alioqui nunc primum deferri diceretur, non referri, si aliud esset. Et in seqq. Nam cùm idem sit jusjurandum, quod defertur, & quod refertur; tale certè referendum, quale delatum fuit.* Vid. Carpzov. *J. For. part. 1. constit. 14. def. 14. n. 5.* ibi: *nec enim aliter jurari vel referri debet, quam delatum.*

XCIV.

1. Putant quidem nonnulli, Relationem in illis punctis admittendam esse, quæ in se quidem sunt diversa, ad eandem tamen caussam, & ad eundem tendunt effectum: ut si delato jurejurando de 100. mutuo datis, referat Reus de iis solutis.
2. post Zobel. & Signorol. Hilliger. *d. l.* Verùm † hanc sententiam sequentia dubiam reddunt: (1.) quod hîc non referatur jurisjurandi conditio, quæ prius fuit delata; quod tamen requirit
3. *l.34. §. 7. π. de jurejur.* (2.) Reus, in † hujusmodi casu
4. aut fatetur mutuum; aut negat illud. Priori in casu evanescit delatio juramenti super mutuo facta. Quod enim ex Rei confessione certum & liquidum, de eo frustra defertur juramentum; nec Reus illud, licet delatum fuerit, præstare tenetur. *arg. cap. 2. X. de jurejur.* ac per consequens Reus, ut à juramenti præstatione sese per relationem liberet, necesse non habet. Unde si Reus, confesso mutuo, super solutione juramentum petit ab Actore, non relatio, sed nova & vera est jurisjurandi delatio, ita ut Reus de calumniâ jurare teneatur, Actor verò illud Reo referre possit, ac alia quoque jura hic obtineant, quæ in prima juramenti delatione.

5. Si verò † Reus mutuum non fatetur, sed saltem excipiendo dicit: *Quicquid Actori debui, eidem solvi*; Vid. *l. 8. π. l. 9. C. de except.* simulque super hâc solutionis allegatione & exceptione ab Actore juramentum petit, huiusmodi Rei petitio, sive juramenti delatio, propterea pro Relatione, quæ referentem à necessitate jurisjurandi sibi delati præstandi liberat, haberi nequit,

nequit; quia jurisjurandi delatio ab Actore super mutuo facta respicit actionis, à Reo verò super solutione facta, exceptionis probationem (Iuramenti enim delatio in effectu tendit ad deferentis intentionem probandam. *l. 12. pr. C. de Reb. Cred.*) Sicuti † autem prius Actoris intentio est probanda, &, illâ impletâ, tunc demum de Rei exceptionibus, an & quatenus veræ sint, videndum: *l 9. C. de except.* ita etiam juramentum super exceptionibus delatum non prius est attendendum, antequam prius fuerit expeditum. Vide Carpzov. *lib. 3. decis. 226. n. 8. & seq.* Brunnem. *ad l. 9. C. de except. n. 6.* ibi: *Ideoque etiamsi Reus super exceptione Actori juramentum deferat, non tamen eius præstatio locum habebit, nisi prius Actor intentionem suam probaverit.* Præterea, † ea est nostræ Relationis natura, ut, præstito juramento relato, caussa sive capitulum, super quo juramentum est delatum, pro expedito habeatur; vid. *l. 1. π. h. t.* ita ut si Actor super actionis suæ fundamento Reo juramentum detulerit, & à Reo relatum præstiterit, eiusdem intentio probata & fundata censeatur. Verùm † licet in proposito casu Actor jusjurandum super solutione sibi à Reo illatum præstitisset, atque sic solutionem à Reo prætensam, sibi non esse factam, juramento obtinuisset, hoc ipso tamen eiusdem intentio, & actionis suæ fundamentum, mutuum scil. nondum esset expeditum, sed à Reo negatum, adhuc ab Actore esset probandum. Cùm verò † Actor desuper Reo jusjurandum intulerit, proinde Reus ad illud præstandum adhuc obligatus erit. Quia itaque in proposito casu juramenti illatio à Reo facta, eundem non liberat à necessitate juramentum sibi delatum præstandi, suâ sponte sequitur, quòd eiusdem illatio vera Relatio non sit, & per consequens ipse prius super Actoris fundamento jurare teneatur. *arg. l. 9. C. de except.*

(Margin: 6. 7. 8. 9.)

XCV.

Sufficit autem, si juramentum relatum, cum delato, quoad objectum, super quo, dictô modô conveniat, ut nimirum super unâ eâdemque caussâ, membro, articulo & capitulo referatur, super quo fuit delatum; quoad qualitatem autem assertionis, affirmativè scil. vel negativè ut etiam referatur, necessarium non est, ut conveniat cum delato. Imò † de natura Relationis est, ut, si juramentum ab Actore Reo nega- 1.

(Margin: 2.)

tivè deferatur, ut nimirum ipse juret, se mutuum vel depositum non accepisse, illud Actori affirmativè referatur, ut scil. juret, Reum mutuum accepisse; adeò ut eo respectu juramentum delatum & relatum semper sint contraria. Quilibet e-
3. nim † jurat quoad caussam, capitulum seu articulum, qui juramento judiciali est liquidandus & expediendus, secundùm suam intentionem & assertionem. Cùm autem litigantium intentiones & assertiones ratione rei controversæ semper sint contrariæ; ita ut, quod unus affirmat, alter neget; eapropter eâ ratione etiam juramentum delatum & relatum invicem dif-
4. ferunt, & contraria sunt. Unde † referri solet juramentum delatum deferenti etiam hisce verbis: *Jura tu de intentione tuâ.* Tulden. *in C. tit. de R. Cr. n. 5.*

XCVI.

1. Porrò necessarium quoque non est, ut quoad ipsius jurisjurandi formulam delatio & relatio conveniat, sed personarum conditio interdum varietatem inducit. Sic † si Iudæus Actor, Reo Christianæ religionis, super certâ caussâ detulit
2. juramentum, ipse Reus Christianus juramentum referre potest, ut juret eâ formulâ, quâ Iudæi jurare solent & debent; de quâ in Ordin. Camer. *part. 1. tit. 86.* Mynf. *6 obs. 20.* Et si Christianus Iudæo deferret juramentum, ut nimirum juret secundùm formulam Iudæis in jure præscriptam, daß er einen Juden-End solte leisten; Iudæus verò Christiano jusjurandum referret, Christianus non eâdem formulâ jurare obligatus esset. *arg. d. l. 34. §. 8.* Setser. *d. tr. lib. 4. c. 6. num. 6.* Anton. Fa-
3. ber. *in rational. ad d. l. 34. §. 8.* Interdum etiam † diversitas rerum varietatem formulæ jurisjurandi delati & relati inducit. *d. l. 34. §. 8. π. de jurejur.* Sic si Actor heredi Reo super facto defuncti, quod defuncto & Actori fuit commune, communi sc. illorum consensu contractum vel gestum, juramentum credulitatis vel ignorantiæ deferret, atque eiusdem conscientiæ, scientiæ & notitiæ rem committeret, also daß er die Klag in sein Gewissen/ Wissenschafft und Wohbewußt stellete; Reus verò juramentum veritatis Actori referret, atque rem eiusdem conscientiæ committeret, (vid. Carpzov. *J. For. part. 1. constit. 14. defin. 10. & 11.*) ipse omninò audiendus esset; *arg. d. l. 34. §. 8.*
4. E contrario, si † quis alicui juramentum veritatis deferret, adversa-

Deformula juramenti relati.

adversarius verò credulitatis referret, idem dicendum esset. Si verò † de eiusmodi formulâ & eius conceptione inter partes lis 5.
esset, Iudicis officio controversia illa, & relati jurisjurandi formula determinaretur *d. l. 34. §. 8. π. de jurejur.* Vid. Carpzov. *J. For. part. 1. constit. 14. def. 9.*

XCVII.

1.
Finis huius nostræ Relationis generalis est, ut eò melius & citius lites expediantur: *arg. l. 1. π. de jurejur.* Specialis, † ut ille, qui prius in judicio adversario suo, super causâ controversâ, vel eius articulô juramentum detulit, super illâ causâ, sive articulo, secundùm suam intentionem jurare cogatur, referens verò à necessitate juramentum sibi delatum præstandi liberetur. *arg. l. 34. §. 7. π. de jurejur. l. 9. C. de Reb. Cred.* *De fine Relationis juramenti.* 2.

XCVIII.

Accidentia nostræ Relationis sunt tempus & locus. Fieri autem debet jurisjurandi relatio, perinde ac eius delatio, vel in jure, coram Prætore, vel in judicio, coram judice; vid. *l. 34. §. ait Prætor. 6. & §. datur autem. π. de jurej. & ibi* Anton. Faber. *in Ration.* Quod tempus † attinet, fit hæc Relatio post delationem, ante eiusdem acceptationem & recusationem; per ea, quæ in præcedentibus sunt dicta. Iure † Civ. Relationi Iurisjurandi nullus certus terminus est præfixus. Et fieri potest vel statim post factam delationem, etiam ante Iudicis interlocutoriam, vel post illam. Vid. Anton. Faber. *ad l. 34. §. ait Prætor. verb. alterum itaque eligat reus. π. de jurejur.* In foro † verò Saxonico aliud obtinet, uti videre est apud Benedict. Carpzov. *J. F. part. 1. constit. 14. def. 2. & in tr. de Proceß. tit. 11. art. 4. num. 12. & seq.* 1. *Accidentia. De loco.* 2. *De tempore.* 3. 4.

XCIX.

Effectus Iuramenti jure relati, ratione Iudicis, est, quod ipse referentem audire, *l. 34. §. ult.* ibi: *Cùm res in jusjurandum demissa sit, judex jurantem absolvit; referentem audiet. π. de jurejur.* & Relationem suâ interlocutoriâ probare debeat. *l. 12. §. 1.* ibi: *Sed juramento illato, cùm hoc à partibus factum fuerit, & à Judice approbatum. C. de Reb. Cred.* quod † etiam sequentibus verbis facere solet: Würde Kläger den referirten Eyd schwehren/ und vermittelst dessen erhalten/ daß Beklagter ihme die ge- 1. *De effectu, ratione Iudicis.* 2.

thun obliget / so ergehet darauff in der Sachen ferner was Recht ist.

C.

1. *Ratione referentis.* Effectus jurisjurandi relati ratione Referentis est, ut ipse juramentum sibi delatum præstare non teneatur, sed ab eius præstandi necessitate liberetur. *arg. d. l. 34. §. 6. & 7. π. de jurejur. l. 9. C. de R. Cr.* An † verò ipse pœnitere, & jusjurandum semel relatum revocare, ac delatum invito deferente, cui fuit relatum, suscipere & præstare possit, quæstionis est? Hoc affirmat Setserus, scribens: † Iusjurandum non susceptum, sed statim relatum mihi, revocari & suscipi potest. *d. tr. lib. 4 cap. 7. n. 28.* Facere pro hâc sententiâ videtur textus *in l. 11. C. de Reb. Cred.* & quod adversarius in bonos mores peccet, si invito referente in re suâ jurare, & sibimet ipsi testimonium ferre velit. Franzk. *in Comment. π. tit. de jurejur. num. 95.* Umm. *de Process. disp. 14. n. 65.* ubi etiam adducit *l. 18. de Jurisdict.* ex quâ infert, in caussis judicialibus etiam post conventionem, liberam pœnitendi facultatem admitti.

2. *An relatum revocare & delatum præstare possit.*

3.

CI.

1. Melius & plenius ut quæstio hæc intelligatur, videndum, an deferens juramentum sibi relatum acceptaverit, an

2. verò non. Priori in casu † negativa juris analogiæ magis conveniens est, non tantùm propter rationes, quæ ad sequens

3. membrum infra traduntur, sed etiam propterea, † quod in juramenti Relationem, & deferentis acceptationem partes consenserint, & quodammodo convenerint, ut lis mediante juramento deferenti relato, perimatur atque expediatur; quo ipsô deferenti, cui fuit relatum, quique illud acceptavit, jus juramentum relatum præstandi, eoque litem expediendi, partium voluntate & conventione est quæsitum; quod ipsum ut eidem nudâ adversarii pœnitentiâ auferatur, nec juris, nec æquitatis ratio permittit. *arg. l. 5. C. de Obl. & Act. l. 11. π. de R. I.* Un-

4. de † nec deferens delatum & acceptatum nudâ suâ pœnitentiâ revocare potest, secundùm Carpzov. *J. F. part. 1. constit. 12. defin. 4.* Struv. *Exercit. 17. θ. 39.* Aug. Barbos. *n 3. ad l. 11. C. de R. Cr.* Brunnem. *ad d. l. 11. n. 6.* ubi testatur de communi, & seq. & *in tr. de Process. cap. 23. n. 12. in fin.* David Mev. *part. 2. decis.*

decis. 93. Berlich. *part. 1. conclus. 32. n. 3.* Beust. *de Jureiur. ad l. 6. n. 3. & seq.* nisi justa † subsit revocationis caussa; Dd. *citat. dd. ll.* ob quam etiam relatum, & à deferente acceptatum revocari poterit. 5.

CII.

1.

Si jusjurandum relatum à deferente nondum fuit acceptatum, tunc cessant quidem præmissæ rationes, idem tamen suadere videntur sequentes, quod scil. referens, nec hoc in casu, relatum revocare, & sibi delatum suscipere atque præstare possit. Nam quæ semel † placuerunt, amplius displicere non debent. *cap. quod semel. de reg. jur. in 6. l. 15. π. de N. G. l. nemo potest. de R. I. cap. mutare. 33. eod. in 6.* Heig. *p. 2. q. 4. n. 1. & seq.* Unde † etiam Borcholt. *tr. de jurejur. c. 6. n. 8. temeritas,* inquit, *esset & petulantia non levis, si ei, qui detulit jusjurandum, liceret sine caussâ, quandocunque vellet delatum juramentum revocare.* Et quamvis hæc regula exceptionem † admittat, si lex permittit, ut quod semel placuit, postea displicere, reprobari & mutari possit: deficit † tamen hic eiusmodi dispositio. Neque enim *l. 11. C de R. Cr.* de huiusmodi loquitur casu, sed de alio, à nostro diverso; quo nimirum ille, qui juramentum detulit, illud revocat, & suam intentionem ordinariis probationibus implet. Ast in nostro casu juramentum fuit delatum, atque à deferente hoc actum; ut secundùm legis dispositionem adversarius vel suscipiat & juret, vel juramentum referat; *arg. l. 34. § 6. & 7. l. 38. π. de jurejur.* adversarius verò posterius elegit, & jusjurandum sibi delatum retulit; ac eô ipsô prius recusavit. *arg. l. 63. §. 1. π. de condit. & demonstr.* Unde etiam † posteriori electo, ad prius redire nequit; *arg. l. 33. in fin.* ibi: *ut non habeat licentiam altero electo ad alterum redire. l. 84. §. 9. π. de legat. 1. l. 11. §. 1. de leg. 2.* Satis enim absurdum est, inquit ipse Imperator, redire ad hoc, cui renunciandum putavit *in d. l. 11. C. de R. Cr.* Berlich *p. 1. conclus. 32.*

2. 3. 4. 5. 6. 7.

ab eo, cui relatum, non invito, sed volente adversario præstatur. Semel enim hoc voluit, elegit, & ipso actu fecit, juramentum scil. sibi delatum in judicio retulit; proinde ultima eius voluntas, postquam aliud jure velle non potuit, non est
8. attendenda. *arg. l. 2. π. de auctor. tut.* Neque † pro contrariâ quicquam facit *l. 18. π. de ʒdict.* quippe ex quâ illud, quod ab Ummio, loco suprà cit. traditur, probatur vel minimè. Præ-
9. dictam † sententiam amplectitur etiam Berlich. *part. 1. concl. 34. n. 8.* ibi: *Et hæc revocatio juramenti tantùm conceditur Actori, vel alii deferenti: Reo verò, vel alii juramentum referenti non indulgetur, ideoque is, qui juramentum retulit, illam relationem revocare, & juramentum primò delatum præstare nequit. Ratio est, qui mutatio animi & variatio in judicio odiosa est; & ideò non ex-*
10. *tendenda.* Si tamen † ipse referens justam ac legitimam revocationis suæ caussam allegaret & probaret, v. gr. adversarium levissimum & de perjurio maximè suspectum esse, se verò post relationem demum illud comperisse, ipse in hoc quoque casu meritò audiendus esset, per ea, quæ in præcedenti thesi sunt adducta.

CIII.

An qui retulit, relatum revocare, & caussam probare possit.

1. An verò, qui juramentum sibi delatum deferenti retulit, illud revocare, & suam intentionem instrumentis & testibus probare possit, quæstionis est? Ad hoc breviter respondendum censemus, quod distinguendum † sit, an ipse probationes, quas nunc intendit, ante relationem habuerit & sciverit; an verò illas antea non habuerit vel ignoraverit. Priori † in ca-
2. su revocatio non admittenda videtur. Semel enim ex pluri-
3. bus unum, nimir. jurisjurandi relationem elegit, & reliquis quodammodo renunciavit; unde ad illa non datur regressus. per jura in *thes. proximè præced.* adducta. Neque credendum,
4. † quod ipse Relationem elegisset, & jusjurandum retulisset, si probationes, quas antea quoque habuit & scivit, legitimæ &
5. sufficientes essent; *arg. l. 25. π. de probat.* aut † si tales essent, malâ mente, ut nim. adversarii conscientiæ & famæ periculum faceret, retulisset; ac propterea non esset audiendus. *arg. l. 30. C. de transact. l. 38. π. de R. V.* Berlich. *part. 1. conclus. 32. n. 9.*
6. Anton. Faber. *in Cod. tit. de R. Cr. def. 29.* Iudex † tamen in huius-

huiusmodi casu rem suo prudenti arbitrio temperabit, ut perjurii periculum evitetur. Nec † fortassis peccaret hoc in casu, si illum, cui juramentum relatum, ut saltim bonam fidem suo juramento probet, admitteret. Et de huiusmodi casu etiam intelligenda sunt, quæ tradit Berlich. *d. part. 1. conclus. 32. n. 7.* ibi: *& ideò is, qui juramentum retulit, illam relationem revocare, & conscientiam probationibus defendere nequit.* 7.
Hoc † maximè procedit, si juramentum ab Adversario susceptum esset. per superius deducta. Vid. Carpzov. *J. F. part. 1. constit. 14. def. 15.* 8.
Posteriori † in casu, si referens probationes, quas nunc habet promptas atque paratas, quibus adversarium pejeraturum statim sufficienter docere potest, ante relationem vel non habuit, vel ignoravit, eiusdem revocatio jure meritoque erit audienda, & perjurii occasio præscindenda. Vid. David Mev. *part. 2. decis. 93. num. 6.* 9.

CIV.

Qui juramentum detulit, adversario, cui delatum, petente, priusquam hic juret, de calumniâ jurare tenetur; *l. 34. §. 4. l. 37. π. de jurej. l. 9. C. de R. Cr. l. fin. C. de fideic. l. 25. §. 3. π. de probat.* adeò, ut si illud præstare nolit, principale pro præstito habeatur. *arg. dd. ll. junct. l. 24. π. de condit. & demonstr. l. 161. de R. I.* Carpz. *part. 1. constit. 12. def. 28.* 1. *Referens non tenetur jurare de malitia.*
Verùm † qui juramentum sibi delatum retulit, ad juramentum calumniæ præstandum cogi nequit. 2.
Nec audiendus † est adversarius, cui illud relatum, si conditionis nomine, quam ipse detulit, de calumnia velit sibi jurari, maximè cùm referens quodammodo ex necessitate, ut scil. se à jurandi vel solvendi necessitate exoneret, juramentum referat; & hoc modestius eligere dicatur; *l. 25. §. 2 de constit. pec.* ac proinde in illo calumniæ suspicio vix locum inveniat. *l. 34. §. 7. in fin. π. de jurej. ibi* Ant. Faber. Setser. *de Juram. lib. 4. cap. 5. n. 7.* Carpz. *de Proceß. tit. 11. art. 4. n. 26.* 3.
Imò † in foro Saxon. ille, qui detulit juramentum, cuique relatum fuit, non tantùm principale, sed etiam juramentum malitiæ præsta- 4.

An delatum revocare possit.
juramentum à se antea referenti delatum, revocare, ac per
consequens ejusdem relationem destruere atq; removere
2. non possit. Licet † enim juramentum delatum ab adversario non fuerit susceptum sive acceptatum, & alias deferens delatum & nondum acceptatum usque ad sententiam revocare possit: *l. 11. C. de R. Cr* & ibi Dd. Berlich. *part. 1. concl. 32. n. 3.*
3. & alii suprà *th. . .* citati. Attamen † cùm ille qui juramentum defert, hoc ipso suam voluntatem declaret, quod caussa controversa, vel articulus, super quo delatum, juramento, & sic breviori viâ determinari debeat; adversarius verò, illud referendo, etiam hanc breviorem viam eligat, atque sic partes in hoc consentiant, & quodammodo transigant, ut per juramentum controversia expediatur; eapropter deferens etiam in hujusmodi casu pœnitere, & juramentum revocare, ac per consequens, à necessitate juramentum relatum præstandi sese liberare nequit. *arg. l. 5. C. de O & A. l. 34. §. 7. & ult. π. de jurej. l. 12. § 1. C. de R. Cr.* Vide Carpz. *de Process. tit. 11. art. 1. n. 132. & seq. & in J. F. part. 1. constit. 12. def. 4.* Brunnem. *ad l. 11. C.*
2. *de R. Cr. n. 6. & seq.* maximè † cùm deferens hoc in casu vix justam allegare possit revocationis suæ caussam.

CVI.

1. Tenetur autem ille, cui juramentum justè & ritè est delatum, post Iudicis approbationem per interlocutoriam factam, illud necessariò, nisi in illâ causâ & puncto vinci velit, suscipere & præstare, *l. 34. §. 7 & ult. π. de jurejur. l. 12. §. 1.* ibi: *necessitate imponendâ, cui jure refertur, relationis sacramentum subire. C. de R. Cr.* Setser. *d. l. lib. 4. c. 8. n. 10.* adeò † ut illud iterum referre non possit. *arg. dd. ll.* Dn. PRÆS. *d. § 5. n. 16.* ne detur progressus in infinitum. Vid. *praced. thes. 56.*

An relatum necessariò suscipere teneatur. (1.)

An illud iterum referre possit. (2.)

CVII.

1. Neque audiendus est, si instrumentis vel testibus suam intentionem probare velit. Ipse enim hanc viam, ut scil. juramento res controversa transigatur, elegit, & ipsâ jurisjurandi delatione, tacitè sese ad jurisjurandi relati præstationem obtulit. *arg. l. 34 §. 7 & ult. l. 38. π. de transact. l. 9. & l. 12. §. 1. C. de R. C.* eapropter etiam eam viam, quam semel elegit, ambulare tenetur; *l. 12. §. 1. C. de R. Cr.* per ea, quæ in præcedentibus

An suam intentionem probare possit.

tibus sunt allata. Hunn. *p. 2. Encyclop. jur. univers. tit. 14. c. 9. num. 7.* Modestin. Pistor. *part. 1. quæst. 23. num. 12.* ubi addit: *Ad hanc sententiam movebat nos, quod si Actores haberent liberum regressum ad probationem, futuri sint nimis faciles ad jurisjurandi delationem, quam alioqui timore relationis sæpè omittunt.* Beust. *de jurejur. ad rubr. π. d. tit. n. 76.* Berlich. *part. 1. concl. 33. num. 12.* Carpzov. *J. F. part. 1. constit. 14. def. 4. & tr. de Process. tit. 11. art. 5. n. 13. & seq.* ubi etiam ita * judicatum esse refert *n. 18.* ibi: und mag mit Verrettung seines Gewissens durch Beweiß nicht zu gelassen werden. V. R. W. 2.

C.VIII.

Si verò ille, cui juramentum est relatum, citra justam & legitimam caussam illud acceptare & præstare recusat, malam caussam fovere censetur, & si super causâ principali relatum sit, pro convicto habetur, ita ut si Actor sit, Reus absolvatur, *l. 34. §. fin. π. de jurejur.* ibi: *ex relatione non jurante actore, absolvit reum.* si Reus, qui sibi relatum injustè recusat, ipse condemnatur, perinde ac si Actor juramentum sibi delatum præstitisset. *l. 12. §. 1.* ibi: *necessitate ei imponendâ, cui jure refertur, relationis juramentum subire: vel si hoc recusaverit, quasi illato juramento præstito, caussa vel capitulum decidatur; C. de Reb. Cred.* Unde * qui ita juramentum relatum recusat, & propterea à Iudice contra illum judicatur, à sententiâ appellare nequit. *d. l. 12. §. 1. in fin. junct. §. 3.* Quis enim ferendus est ad appellationis veniens auxilium in his, quæ ipse facienda procuravit. *d. l. 12. §. 1. in fin.* Ioh. Brunnemann. *ad d. l. 12. num. 18. & 19.* Borcholt. *de jurejur. cap. 9. num. 15.* ibi: *Debet ergo deferens cui jusjurandum refertur, jurare, aut si jurare recuset, grave non ducere, quod Reus absolvitur, & ipsi à sententiâ judicis absolutoriâ appellare non permittitur. Esset namque nimis grave, imò nimis crudele, si appellaret, cùm ipse petierit jusjurandum sibi referri, & Reum absolvi, se ex relatione jurisjurandi non*

Marginalia: 1. *Si relatum recusat;* 2. *An appellare possit.*

absolvatur; si Reus, ipse condemnetur. *arg. l. 34. §. fin. π. de jurejur.* Eadem * enim hîc est ratio in referente, quæ in deferente. Nam & ipse elegit hanc viam, & juramenti relatione adversarium testem & quodammodo judicem in propriâ caussâ constituit; eidemque hâc lege juramentum retulit, ut, si juraverit, judex pro ipso judicare debeat. Unde * eidem nec appellationis remedium competit. Nimis enim crudele esset, parti, quæ retulit juramentum, propter hoc ipsum, quod Iudex eius voluntatem est secutus, superesse provocationem. *arg. l. 12. §. 3. C. de Reb. Cred.* vid. *l. 1. C. eod. l. 6. de re judic l. 31. π. de jurejur.* Quapropter de se, & non de Iudice queri debet referens, uti rectè contra Petr. & Cyn. post Salicet. & alios defendit Setser. *d. cap. 18. num. 13.* Eum * tamen, qui ob relatum juramentum ab adversario præstitum in judicio vincitur, in litis expensas condemnandum non esse, ostendit Setser. *d. lib. 4. cap. 9. num. 3.* Anton. Faber. *in C. tit. de Reb. Cr. defin. 1.* cuius exceptionem tradit laudatus Faber *in Cod. lib. 7. tit. 18. def. 26.* si scil. actor non de sua intentione juraverit, sed de exceptione.

2. *Eadem enim hîc est ratio.*

3. *An adversarius appellare possit.*

4. *An in expensas condemnandus.*

CX.

Relatum an remitti possit.

Iuramentum relatum quod à referente remitti possit, extra controversiam est, *arg. l. 5. §. fin. l. 6. l. 9. §. 1. π. de jurejur.* ita ut remissum eundem producat effectum, ac si verè fuisset præstitum. *arg. dd. ll.* Atque hoc ipso etiam nostras de hac materia meditationes remittimus; jam dudum veriti, ne quis nobis insusurret, quod Apelles olim Protogeni: *Manum de Tabula.*

MONITI MELIORA SEQUEMUR.

S. D. G.

Explendæ pagellæ, sequentia duo παρέργα adjicere placuit.

I.

Johannes VIII. fœmina, Papa nunquam fuit.

II.

Alexander Pontifex VI. spurium suum Cæsarem Borgiam, optimo jure legitimavit.

Ad



Ad
NOBIL. ET CLARISSIMUM
DN. CANDIDATUM.

I.

QUem recipis ſummum meritò virtutis honorem,
Cognate, haudquaquam ſit Tibi ſummus honor.

Clariſs. Dn. Cognato l. m. q. gratulatur
JOH. LUDOVICUS PRASCHIUS,
Reip. Patr. Senator.

II.

VEre novo redeunte Tibi ſua præmia confert
Quæ Tibi cum doctâ Pallade culta, Themis.
Vernet honos! & tot cum Pallade commoda promat
Inde Themis, quot Ver floribus ornat humum!

Honori dilectiſſimi Dni. Affinis
f.
JONAS PAULUS SEBALD,
Reip. Patr. Senator.


Culta fuit de Te, quare colit illa viciſſim
Cultorem, cultu non pereunte ſuo.
Acclamo, plaudo, precor, apprecor, auguror, opto,
Voce, manu, Fratri, mente, perennet honos.

Ex Fraterno affectu gratulabundus
addit
JOANNES ALBERTUS STEININGERUS
Patrij Dicaſterij Adſeſſor.

IV.

Dum modò Palladij ſuperat quiſque otia curis,
Et nova *Pieriis perſonat* Aula *modis:*
Tu *quoque*, Palladij noſtri gratiſſime Civis,
Palladij ſuperas otia voce, manu.
Jurisjurandi *quæ ſit natura* relati,
Ingenuè (genio non renuente) doces.
Atque doces, quicquid de illo *prudentia Iuris,*
Et quicquid Leges Suada ferentis habet.
Aeſtimat hæc, laudatque Themis, vultuq́; ſereno
Audit, in amplexûs mox ruitura Tuos.
Et ruit, & proprio laudatum accingit amictu,
Hancque ſuâ laurum porrigit ipſa manu.
Cuîque ſuum juſtè tribuit Themis. *æqua videtur*
Diva mihi, tribuit dum Themis iſta Tibi.
Te *Themidi placuiſſe juvet,* ſuaviſſime rerum;
Et Themidi placeat, Se placuiſſe Tibi.

Summis in Jure honoribus
Nob. & Clariſſimi DN. CANDIDATI,
Conterranei & Conſalini ſui
honoratiſſimi
extemporaneis his Elegis
l. mq; applaudit
GEORGIUS ZACHARIAS Hi
Jur. Stud.



FINIS.